
Disputatio Juridica Inauguralis
DE JURE EMIGRATIONIS ET DETRACTIONIS

QUAM

D. O. M. A.



Ex Decreto & Autoritate

MAGNIFICÆ ET AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ IN ACAD. HASSO-SCHAUMBURG.

PRAESIDE

DN. JOH. MARTINO Brandes/
J.U.D. Decret. Pr. P. ac Facult. suæ p.t. Decano
Domino suo ac Promotore ætatem colendo

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus ac Privilegiis DOCTORUM legitimè capessendis

Publicæ & placidæ Doctorum censuræ subjicit

HENRICUS BARTELS

Ad d. XXIII. Maji in Auditorio JCtorum horis ante- & pomeridianis.



Rinthelii, Typis imprimebat Petrus Lucius. 1664.

I. N. D. N. J. C.

DIsquirenti mihi, quam ad ritè ambiendos ex consilio Amicorum Honores Doctorales pro more Academico elaborandam sumerem materiam, jamque quo me fata vocant, migraturo commodum occurrebat jus EMIGRATIONIS, quæ vox latina satis est, nec minus usu frequens, quam unde descendit, ipsa vox Migratio.

Thesis I.

SIcut enim migrare & emigrare propriè nihil aliud significat, quàm discedere, locum loco mutare, aliò se conferre, notumque satis interdictum de *Migrando*, quod inquilino migraturo adversus locatorem res ab inquilino ita, ut pignori esse aut non debeant, aut nequeant, illatas, alienas sc. *l. 1. §. 5. de migr.* nec ut ibi perpetuò sint inductas. *l. 7. §. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth.* aut etiam extra hos casus tacitè obligatas soluto vel oblato locationis pretio

 integro

integro detinentem datur: in ſtrictiori autem ſignificatu domicilium planè mutare, & juribus prioris civitatis vel amiſſis vel renunciatis ſeu volentem ſeu invitum aliò ſe conferre: Ita migratio ſeu emigratio latè denotat omnem diſceſſum, ſtrictiori autem ſenſu, & more hodiernis JCtis uſitatiore ſignificat domicilii translationem, civitatisque mutationem, diciturque aliàs jus migrandi, Germanice Freyzug/ Außzug/ Außfahrt.

I I. Addidi autem inſcriptioni jus detractionis, quod ſecundum conſuetudines ferè totius Germaniæ non niſi cum onere detractionis hæ emigrationes permittantur: Man muß nachſteuren/ den Abzug/ Weglöſung/ Abſchoß/ Abfahrt/ den zehenden/ vierdten oder dritten Pfenning entrichten Wehn. *obſ pract. voce* Nachſteur. Gail. 2. *obſ.* 35. *n.* 9. & 36. *n.* 10. Idemque de Galliæ & Italiæ moribus ex Decian. *reſp.* 14. *n.* 55. Rauchb. 1, 9 15. teſtatur Myler. *de jur. Princip. & ſtat. Imper. c.* 63. quæ res ut uſu frequentiſſima, ita in rebus agendis non unam parit difficultatem, adeoque accuratiorem potiſſimamque hic meretur tractationem.

I I I. Antequam ulterius progrediar, de juſtitiâ utriusque, & quomoda hæc jura æquitati naturali rectæque conveniant rationi, diſpicere operæ erit pretium. Hominem naturâ ad hoc, ut ſit ſociabilis, creatum, in homine, etiam aliud agente, non tantum illa præ cæteris animantibus ſoli data rationis interpres oratio, quippe ſocietati humanæ & contrahendæ & ſervandæ aptiſſimum, extraque eam planè inutile inſtrumentum, ſed & ingenita ad eam inclinatio ſatis loquitur. Quam eandem inclinationem ad vitam ſocialem, qui ab ipſo cum cæteris animantibus homini communi affectu, ut ſe amet, omnique ratione ſervare ſtudeat, derivant, non malè mihi agere videntur. Vitâ humanâ enim perpetuâ in ſolitudine nihil triſtius, indigentius, imbecillius, quam eadem ſocietas hominum jucundiſſimo convictu, omni copiâ, ope & præſidio ſolatur & ſublevat. Ut ergò cuivis recta ratio per affectus aut vitioſos habitus non corrupta debitum amorem & conſervationem ſui, κατὰ πρῶτα τῆς φύσεως ſecuta, non prohibet, ſed præcipit & inculcat magis: adeoque ad ſocietatem humanam & civilem, ſine

quâ

quã illam polliceri sibi nemo possit, manu velut ducit: sic contra curam sui ita temperandam, ne cum aliis convictu insociabilis fiat, aut societas per eum turbetur, imperat. Ex quo enim Deus Ter Opt. Max. hominis ita formavit naturam, ut ad societatem colendam ipsum esse destinatum satis appareat, censetur, eundem quoque voluisse, ut homo huic fini societati scilicet civili ejusque bono publico probè se attemperet, cùm quem fini alicui destinârit, eundem quoque ad usurpanda illa, quæ fini huic obtinendo necessaria sunt, obligasse censeatur. Unde Pufendorf. *elem. Jurisprud. univers. lib. 2. obs. 4 §. 4. Sunt leges naturæ*, inquit, *ex quibus reliqua fluunt*, (1.) *ut quilibet vitam & membra sua quantum potest, tueatur, seque ac sua conservet*, (2) *ut ne perturbet societatem humanam, neve faciat aliquid, quo minus tranquilla inter homines societas esse queat: quæ ita inter se conspirare & invicem velut implexa esse debent, ut in unam coalescant legem, scilicet: Ita se quisque conservare studeat, ne societas inter homines turbetur.*

IV. Hæc ergò, ut in viam demum redeamus, naturâ nos ad vivendum in societate civili invitari & duci, satis evincunt, non tamen huic vel illi civitati, quam dein relinquere nequeamus, addicunt, ad quod ut omnes & singuli cives eorumq; posteri adstringantur (quemadmodum apud Moschos obtinere autor est Grot. *de Jur. Bell & Pac. lib. 2. c. 5 num. 24*) non jure naturæ præcipitur, sed pactis demum, quique vim illorum accipiant, moribus ut perficiatur, opus est. Quod si nihil eâ de re conventum, non quidem gregatim à civitate discedi posse, rectê monet Grot *d. l.* ex necessitate finis, quæ jus, ut suprà demonstratum, facit in moralibus. Civilis enim societas insigni hoc decremento, veluti subitâ quadam & ob id periculosiori mutatione magis commovetur & turbatur, rerum agendarum multæ commoditates & nervi uno quasi ictu ei subtrahuntur & intercidunt, reliqua civium turba oneri publico ferendo, aut impar aut ejus pertæsa in idem præceps ruit aut exemplum, aut omnimodam sui dissolutionem. Id quod iniquissimum esset, migratione, quæ parti civitatis commoda sit, cæteros quibus quàm maximè incommoda, prægravari, reliquæque partis exitium procurari. Imò etiamsi absque ruina civitatis, quæ da-

mnum tale sustinere queat, foret:non parvi tamen saltem interesse potest, ne simul multitudo quædam discedat, adeoq; regula naturalis æquitatis, quam Romani etiam in privatis societatibus dirimendis secuti sunt, ut id non liceat, si societatis intersit, *l.65.§ 5.ff pro soc.* hîc servetur. De singulorum autem discessione, de qua hac agere dissertatione animus est, alia res videtur, sicut aliud est ex flumine aquam haurire, aliud rivum diducere, ut loquitur Grot. *d.l.* Civitas enim est ex eo corporum genere, quod ex distantibus constat, unique nomini subjectum est, ut loquitur Pompon. *in l.30.ff. de usurp & usucap.* quod habet ἕξιν μίαν, spiritumque unum, spiritum illum vitalem, quem tot millia trahunt, Sen.*lib.1 de Clem.c.4.* Grot.*de Jur.P.& B.lib.2.c.9.n.3.* Quemadmodum autem personæ singulæ eædem manent, etsi successu temporis per varias particularum accessiones & decessiones corpus insignes subierit mutationes, prout ex Philosophis differit Alfenus in *l.76. de judic.* & per necessarias evacuationes, insensibilesque exspirationes tantum abest, ut corpori malè sit, ut ejus saluti potius quàm maximè consulatur: sic nec per particulares individuorum aut singularum familiarum emigrationes, aliorumque successiones alia fit civitas, sed eadem manet, nisi non per vices, sed uno ingruant tempore ejusmodi, quæ prioris corporis seu societatis rationem prorsus tollant: quin & dummodo tempestivè & citra injuriam Reipublicæ fiant, de quo infra, libertas illa migrandi non sine Reipubl. commodo aliorum sæpè ditiorum nobiliorumq; civium, qui libertatis plerumq; sunt tenaciores, allectione, majoriq; commerciorum frequentiâ pensatur. Quod igitur Reipublicæ saltem non nocet, sic n. jus illud emigrandi restringendum, emigraturoque quàm maximè prodest, cur contra æquitatem naturalem *l.1.§.11.ff de aqu.& aqu. pluv.* huic invidebimus? quodque ideo intentione vel suâ vel parentum cum concivibus in civitatem coaluerit, ut benè ei sit, si non ex voto succedat, alibique ei melior fortuna arrideat, an in odium ejus detorquebimus? Unde Cicero *pro Balb.* laudat jus illud, *ne quis in civitate maneat invitus*, & *fundamentum* vocat *libertatis*, *sui quemque juris & retinendi & dimittendi esse Dominum.* Quod jus itidem ex *l.31.ff, ad munic.* constat, quamvis in originariis

hoc

hoc ita restrictum, ut mutare quidem possint domicilium; sed non eô minus tamen municipii sui oneribus obligentur. *l. 29. ff. ad municip. l. ult. C. de mun.*

V. Hoc nostro ergô tempore quando permissâ licet recedendi facultate, tum ad coercendas creberrimas multorum emigrationes, & remigrationes, proque cessandis à tempore migrationis pensitationibus & muneribus publicis, tum in memoriam & redhostimentum præstitæ defensionis publicæ, habitique domicilii ubivis fermè locorum migraturis certum aliquod vectigal munusve pro modo aut facultatum, aut bonorum aliò transferendorum imperatur, suâ non caret ratione. Eleganter enim Hispanus, cujus nomen jam non succurrit, loquitur, *Los muy dados à Medicos, y purgas, y sangrias, sono como el, que destierra los naturales de la tierra, y la puebla de estrangeros*, adeoque utrique censoriam infert notam, & qui corpus Physicum nimiis conficiat balneis, venarum sectionibus, aliisque medicamentis exoticis internam ἀκμὴν & vigorem destruat, & qui mysticum Reipubl. neglectu indigenarum & allectione advenarum debilitet magis, quàm firmet. Hinc providi Rerumpublicarum Rectores hoc ipso inconsultam erronum abiturientium levitatem coerciturі, aut velut pretio quodam libertatem migrandi, futuramque à functionibus publicis vacationem redimendam, aut commoditatem bonorum sub cura & tutela Reipubl. acquisitorum & possessorum æstimandam esse voluerunt. Et quin tale quid vel personæ emigraturi, vel bonis aliò transferendis indici, hæque detractiones introduci, vimque juris obtinere possint, non vestigia tantùm juris Romani de vigesima hæreditatum *l. ult. C. de edict. Divi Adrian. toll.* de assignatâ per leges Patronis portione in bonis libertorum *§. 3. Inst. de success. libert.* quartâ item parte, quæ ex bonis curialis ad non curialem delatis, curiæ detrahenda debetur. *l. 1. & tot. tit. C. quand. & quib. quar. pars.* ostendunt; sed & ipsi Recessus Imperii Ratisbon. *de anno* 1594. *§.* Und so viel. & August. *de anno* 1555. *§.* Wo aber. approbant, notante Magnif. Dn. Mæv. *ad Jus Lubecens. part. 2. tit. 2. art. 4. n. 12.* Rauchb. *quæst. 15. n. 9.*

Est

VI. Est ergò jus emigrationis facultas domicilium civitatemque mutandi, & se suaque aliò conferendi, jure vel communi vel locali concessa aut limitata. Dividique potest tum in necessariam & voluntariam, tùm in planè liberam, & certo detractionis onere affectam, de quibus infra latior differendi campus se aperiet.

VII. Facultas autem illa emigrandi, prout ea libera magis aut restricta est, accepto ferenda permissioni juris vel communis naturalis & civilis, quo nemo impeditur, quo minus, ubi velit, habeat domicilium, quod ei interdictum non sit. *l. 31. ff ad municip. l. 5. §. fin ff. de captiv. & postlim. reverf.* R. A. Augsburg. *de anno* 1555 *§.* Wo aber. Henr. Klock *de jur. vectig th 63 lit* B. Ming *de jur. super territor. c. 6. th. 83.* & latissimè Manz *in decis. Palat. Neoburg. quæst. 18. tot* (nec enim nimis multum videntur differre à specie servientium, quibus recedendi facultas non datur *l. 1. ff de liber. exhib.* ita ut conditio legati, ut quis in civitate quadam perpetuò maneat, in liberto quidem locum faciat cautioni Mutianæ, in libero autem pro non scriptâ habeatur. *l. 71 §. 2. ff. de cond. & demonstr.* Syring *de pac. relig. th. 34. lit. b.*) vel localis & statutarii, quod certo prius prænumerato pretio aut detractâ portione migrationem permittit, adeoque eam hactenus limitat.

VIII. Exserit autem illa se facultas per ipsius migraturi in perpetuum, non temporariam *arg. l. 123 §. 1 de R. J. l. 7. C. de incol.* realemque & facto declaratam domicilii mutationem. Re enim & facto domicilium transfertur, non nudâ contestatione. *l. 20. ff. ad municip.* Debetque insuper fieri verâ, expressâ, & apertâ mentis declaratione. Nam aliàs cùm quis pluribus locis incola esse, & domicilium habere queat. *l. 5. ff ad municip. c. 2. de sepult in 6.* Wesenbec *cons 1. num. 42.* Tiraq. *de nobilit c. 7. n. 131.* rectè, absque eâ si sit contestatione, ex *l. 239. §. 2. de V. S.* colligit Alciat. *ad d. l.* eum, maximè qui in patria avè civitate, quâ domicilium habuit, agrum domumve habeat, si eis retentis alò se conferat, incolaque fiat, nihilominus domicilium quoque antiquiùs retinere, viderique novum aliud insuper acquisivisse, non autem vetus perdidisse, sicque ex facto responsum testatur.

Jus

IX. Jus ergô illud emigrandi ab illis exerceri deque illis prædicari potest, qui sunt (1) homines liberi. Servi enim qui pro mortuis reputantur, nec in Republica caput habent, aut personam ex se sustinent *l. 59. §. 2. de condit. & demonstr. l. 31. de hæred. instit.* tum quod libertate agendi *arg. §. 1. Inst. de jur. person.* destituantur, tum quod à Dominis possideantur, ac eatenus pecudibus comparentur *l. 2. ff. ad L. Aquil.* emigrare suâ voluntate non possunt, nec sub statuto, quod de personis emigrantibus, sed de rebus emigraturi loquitur, comprehenduntur. vid. etiam Pufendorf. *elem. Jurisprud. univers. lib. 1. defin. 3. §. 4.*

X. Qui (2) ita liberi sunt, ut nec pacto juri emigrationis renunciârint, quod fit ab hominibus propriis, glebæve adscriptis, de quibus infra, nec facto suo, ob quod incarcerari aut arrestari possint, eo uti demeruerint: sint item & aliàs sui juris. Qui enim sub tutela aut cura sunt, & qui sub patria vivunt potestate, liberè omnimodo suâ voluntate emigrare non possunt. Nam liberi sicut ab aliis detenti, non quidem rei vindicatione, sed præjudiciis, interdictis aut cognitione Prætoriâ per parentes petuntur; ita ipsi à parentibus adjectâ causâ ex jure Quiritium vindicantur. *l. 1. §. 2. ff. de R. V.* cùm ratione patriæ potestatis filium pater, ne vivat extra domum & familiam suam compellere queat. Angel. *cons. 85. n. 3.* & Bald. Novell. *tr. de dot. 7. part. privil. 34.* hinc concludat, quod filius cum patre habitare cogatur, sicut uxor cum viro. Quamvis Pinell. *ad l. 1. p. 1. C. de bon. matern. n. 55.* hoc ita limitet, ut si filius, inprimis pubertatem qui jam excesserit, ac majorennis vel majorennitati proximus ad annos discretionis, ut loquitur *c. 14. X de regular.* satis pervenerit, nolit à patre alimenta, honestumque vitæ genus quærere velit, non possit sine justa causa à patre, filii operâ non adeô indigente, impediri. Contrarium enim legibus videretur, hominem liberum ita si non servilis reddere quasi conditionis, certo tamen velut loco addicere, *arg. l. 2. ff si à parent. quis manum. arg. l. 2. ff. de lib. hom. exhib.* ut & contra si honesti lucri acquirendi, seque & suos alendi gratiâ aliò migret, aut moretur, ubi liberam abeundi vel remanendi habeat facultatem, sine causa à patre retrahi vix debeat. *arg. l. fin. ff. de lib. ex-*

lib.exhibend. quæ limitatio Pinelli eo in casu obtinere maximè potest, quando statuto aut consuetudine per permissas à patre nuptias, separationemque a laribus paternis exitur è patria potestate, quemadmodum de generali eâ ferè Germaniæ totiusque Europæ consuetudine testatur Dn, Hahn. ad *Wes. ff. de adopt. n. 7.*

X I. Sunt & (3) illi, qui alicubi rerum & fortunarum suarum constituerunt sedem, unde cum profecti sunt, peregrinari videntur, quò si rediêre, peregrinari desinunt. *l. 7. C. de incol.* ut sunt Cives & Incolæ. Cives apud Romanos faciebat origo, manumissio, allectio & adoptio. *l. 7. C. de incol.* incolas autem domicilium *d. l. 7.* Putat autem Bruning. *de jur. univers. th. 39.* eo ipso differre incolas à civibus, quod jura & privilegia civitatis non habeant, à peregrinis autem, quòd illi larem & domicilium cum omnibus habitationis commodis in civitate habeant, hi verò præter transeundi & hospitandi libertatem nihil. Sed quamvis incolæ à civibus re ipsâ differant. *l. 7. C. de incol.* deque Jure Civili hæc sit differentia potissima, quod qui propriè cives facti sunt, id est, qui ex *l. 1 pr. ff. ad municip.* vel originales, vel manumissi, vel adoptivi, adde & qui ex *l. 7. C. de incol.* solenniter allecti, die das Bürger-Recht dem Herkommen nach empfangen haben. vid. Wehn. *observ. pract. in voce* Bürger-Recht. quos Galli dicunt, *qui sont naturalisez.* quique in genere originarii & originales dicuntur, ac incolis opponuntur. *l. 4. l. 7 C. de incol.* mutatione domicilii & incolatûs occasione veritatem originis mutare non possint. *l. 6 pr. l. 29 ff. ad municip. l. ult C. eod.* Incolæ autem, cùm domicilii & incolatus ratio tota dependeat ex voluntate, adeoque temporaria sit. *l. 17. §. 11 ff. ad municip.* pro lubitu incolatui renunciare queant. l. 20. *l. 31. l. 34. ff. eod.* indeque & filius sequatur originem, non domicilium patris. *l. 6. §. 1. l 17 §. 11 ff. eod.* Colleg. Argentor. *tit. ad munic. th. 3. & 9.* Nam translatio domicilii non quidem ἀρχαιογονίαν sed μετοίκιον mutat, ut ex *Synops. Basil.* notat Gothofr *ad l. 1. C. de incol. in pr.* Reverà tamen incolæ ut ad munera tenentur, ita æquè cum civibus gaudent civitatis privilegiis. *l. 5. l. 6. C. de incol.* cùm inter civitatem & incolam tacitè hic contractus ultro citroque intelligatur celebrari. Colleg. Argent. *tit. ad munic th. 9. novembr. 9.* Magnif. Dn, Mæv *ad jus Lubec. l. 1. tit. 1. art. 6. n. 19.*

Quamvis

XII. Quamvis hoc diffiteri nequeam, usu quorundam hodiernas oœem incolæ æquivocam esse. Cùm enim ex continuatione in primi domicilii fortiter contra quemvis præsumatur, quòd sit incola propriè dictus, adeoque ad munera civitatis teneatur, privilegiisque ejus gaudeat: Fieri tamen speciali pacto, præscriptione aut privilegio potest, ut quis absque omni agnitione muneris, usuque privilegiorum, nudum jus ibi securè etiam in perpetuum commorandi & habitandi habeat, daß einer ein Schutz-und Schirms-Verwandter/ ein Hintersasse sey/ qui sunt, ac dicuntur incolæ precarii aut pactitii seu inquilini, solamque tuitionem à Magistratu, non jus civitatis habent. Wehn *observ pract. in voce* Hintersasse. adeoque emigrando civitatem, cujus jus nunquã habuerunt, hoc sensu mutare non censebuntur.

XIII. Minusque illud adhuc dubii habet in peregrinis, qui nil nisi jus commeatus seu innoxii transitûs ac hospitii regulariter habent. Auth. *omnes peregrini. C. commun. de success.* Knipschild. *de jurib. & privileg. civit. lib. 2. c. 26. n. 11.* adeoque uti juribus & privilegiis civitatis minimè gaudent, ita nec ad onus munusve quoddam rectè adstringuntur. Ut malè ergò & contra æquitatem *d. Auth. omnes peregrini.* mortuorum alienigenarum & peregrinorum bona, exclusis eorum proximis cognatis, fiscus in Gallia occupet jure, ut vocant, Albinagii, aut Albinatus, quasi Alibigenarum, seu alibi natorum, de quo nos prolixiores esse, instituti non patitur ratio. vide de eo jure Gothofr. *ad. l. 7. de capt. & postlim. revers. & in d. Auth. omnes peregrini.* Klock. 1. *cons. 29. n. 871.* Bodin, *de Rep. lib. 1. c. 6. fol. 97.*

XIV. Quia autem per mores nostri Imperii sunt, qui in territoriis aliorum statuum, civitatibusque quibusdam cum omni familiâ non ad tempus sed per vitam degunt, adeoque ibi secundum *l. 7. C. de incol.* peregrinari non videntur, à territorio tamen seu civitate, omnique ejus subjectione exempti, nec præsentes imperium aliquod pati, aut muneribus subjici possunt, nec recedentes civitatem propriè mutare censentur, aut aliquo detractionis onere gravari debent. Hinc ut quis sensu hoc nostro migrare credatur, (4) subditum ejus, à quâ recedat, civitatis esse oportet. Subditum autem moribus nostris facit

cit

cit non sola origo, nec solum domicilium, nec domus aut feudi possessio. latè Victor. *de exempt. conclus.* 22. 23. 28. nec sola jurisdictio vi magistratus competens, nec contractus vel delictum, nec solæ operæ die Frohndienst / imo nec jus mancipii seu proprii hominis, die Leibeigenschafft. Nec enim servitus illa personalis anomala & anonyma, sed domicilium & habitatio subditos facit *l.* 5. 7. *C. d. incol.* Wehn. *obs. pract. in voc.* Unterthan Gail. *de pignor. obs.* 8. *n.* 5. idque ita demum si quis principaliter jure municipali tanquam subditus homove jurisdictionalis ejus loci als ein Unterthan ibi domicilium habeat, sicque jure contractus, successionis aut statuti in subjectionem Domini territorii aut civitatis consenserit. Vid. latè Frid. Mind. *de mandat. l.* 2. *c.* 46. *n.* 5. Goedd. *ad l.* 203. *d. V. S.* Et talis homo revera est landsassius ein Landsaß / cui in omnibus mandari & præcipi potest à Domino territorii, cui homagium præstat, ac eum pro suo Domino agnoscit, & nominat eum Erb- und Landsherrn: quamvis hodie in specie Landsassen / ut plurimum dicantur nobiles mediatè imperio subjecti, eines Fürsten Landes Ritterschafft, qui plerumque & propter rem feudalem, & propter subjectionem duplex Domino territorii juramentum præstare coguntur, adeoque & reliquis subditis ut superiores dignioresque præferendi. Ming. *de superiorit. territor.* §. 65. Licet enim alias domicilium demonstret in dubio subditum, adeò ut gravissimæ præsumptiones militent contra eum, qui in territorio degit, quod sit homo, ut loquuntur, jurisdictionalis ejus territorii *arg. d. l.* 5. *l.* 7. *C. de incol.* Gail. *de pignorat. c.* 15. *n.* 7. & *de arrest. c.* 6. *n.* 8. Idque inprimis si per decennium in loco aliquo moratus sit secundum Dd. opinionem, Mascard. *de probat. conclus.* 135. *n.* 6. Colleg. Argentor. *tit. ad municip.* §. 9. *membr.* 1. Fieri tamen potest, ut quis in aliqua civitate vel provinciâ domicilium habeat rerumq; suarum summam sine subjectione tamen, quâ Dominum loci recognoscat. Idq; aut ideo quod domus ipsa, quam inhabitet, cæteræve possessiones sint exemptæ vel conniventiâ & permissione Domini territorii & civitatis, vel speciali aliquo pacto & privilegio, quæque ei comparatur præscriptione, ut si sit ein freyer Fürstlicher / Gräfflicher / oder Unmittelbahrer Adelicher Hoff / ein Frey Hauß / quod plerisque

in civi-

in civitatibus videmus: (cum in principis aut status alicuius λοπαρχία locus esse possit exemptus, qui tum constituit territorium per se, vel saltem separatus est à territorio. Paria enim sunt esse extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum, cum multa sint in territorio, quæ non sint de territorio, sitque differentia, in eines Fürsten und Herrn Obrigkeit/sind unter dessen Obrigkeit sitzen. Viet. *de exempt. latè conclus.* 27. aut quod possessor, seu degens in alieno territorio, *ἀξίωμα* seu characterem vel status imperii vel etiam immedietatis personæ suæ impressum habeat. Nam quemadmodum aliàs generaliter, qui possessiones quasdam in territorio alicujus Domini aut civitatis possidet, subditus ob eas non est. *l.* 17. *§.* 13. *ff. ad municip. l.* 4. *C. de incol.* Ita quàm minimè status aut immediatus imperii, etiamsi in possessionibus istis non exemptis degat, easque etiam à Domino territorii in feudum vel accipiat, vel suas ab eo recognoscat. Viet. *latissimè de exempt. conclus.* 22. *&* 23. Gail. *de pignorat. obs.* 15. *n.* 3. Qualitas enim vasallitica ex non subdito subditum non efficit. Ming. *de superior. territ. c.* 3. *§.* 2. adeoq; hæ possessiones, quod contra Gail. *de arest. obs.* 9. *n.* 10. defenderem, nec onus quidquam, rei ipsi non inhærens, personæ possessoris ita imponere possunt, ut in iis pignoratus status non gaudeat jure imedietatis, & constitutione imperii de pignorationibus. Oriuntur enim ex Constitutionibus istis de arrestis & pignorationibus actiones, quæ sine præjudicio causæ principalis, situsque rei, facti tantum violentiam tollunt, suntque ut ipsa interdicta vi suâ personales *l.* 1. *§.* 3. *ff. de interdict.* in his autem actionibus res personas jurisdictioni rei sitæ non subjiciunt Michael. *de jurisdict. §* 58. *lit.* 1. Mynsing. 3. *obs.* 10. nec status rei mutat conditionem personæ, *arg. l. un. C. de impon. lucrat. descript.* nec personam in dubio quoad libertatem aut immedietatem afficit. Viet. *de exempt. conclus.* 30. Hinc quamvis ipsa bona ob qualitatem personæ possidentis à superioritate territoriali ipso jure non eximantur, aut libera fiunt, cum quævis res transeat cum suo onere, ei scilicet inhærente. Gail. *latè de arest. c.* 6. *n.* 10. *& seqq.* Princepsque vel alius territorii Dominus loca quædam si cum omni jurisdictione civili & criminali vasallo in feudum concedat, (quo casu jurisdictio in dubio non

cumu-

cumulativè, sed privativè concessa censebitur. Bachov. *ad Trent. volum.1. D.3.th.6.lit.7.* prout eleganter explicat Struv. *exercit.feud. 6 th.18.* imo cum omni jure, quod in iis habet: non tamen superioritatem territorialem, quæ ei ut Domino territorii competit, concessisse censeatur. Vid. latè Ming. *de superior. territ.c. 4.th.55.* Coler. *de proc. execut p 2.c.1.n.153.& seqq.* Plane quemadmodum imperator, concesso Principi territorio, omnibusque juribus territorialibus, adeoque analogâ quadam Majestate, non tamen censetur renunciasse juribus supremis Imperialibus & imperii, quorum ratione Princeps imperii Imperatori & imperio subditus, ac quasi privatus censetur. vid. Ming. *de superiorit.territ.c.4.th.45.* Dn. Reinking. *de Regim.secular. & Eccles.l.1. class.5. c.7.num.12.* Apprimè tamen statui ac Domino territorii, ipsisque in primis civitatibus etiam merè municipalibus cavendum, ne alii statui aut immediatè imperio subjecto bona in suo territorio ac civitate sita, sibique alias ut cæterorum subditorum jure municipali, ut loquitur Gail. *de arrest,c.6.n.10* subjecta simpliciter, & sine expresso pacto, cautioneque prius præstitâ, quod ea non alio potiore, quam cæteri ipsius subditi ac cives, jure tenere velit, vel in feudum dent, vel saltem possidere concedant. Cum enim mutatione personæ privilegium, natura, & conditio rei facile mutetur, *arg. l. 90. ff. de acquir. hered.* digniusque ad se trahat minus dignum, *arg.c.un.de consecrat Eccles.in 6.* fundique qualitas è personis sæpe mensuretur: accidet facile inadvertentibus, ut status imperii, actibus imprimis aliquot exercitis, loca ipsa possessa sensim ita eximat, prout ipse status aliàs in loco & bonis alii statui jure municipali subjectis sedem figens, liber manet, nec alteri subjectus est: quod posterius concedi potest latè hoc probanti Viet. *de exempt conclus 30.* etiamsi status ille aliud alias territoriem non habeat, cum statum adeoque immediatum esse, non patrimonii qualitas, sed personæ inseparabilis etiam in sequiore fortunâ sit dignitas. Viet. *d.l concl.31.* Illi ergò hic propriè nobis dicentur emigrare, qui domicilium civitatemque, cujus membra fuere, mutant.

XV. Emigratio a. illa, de qua nobis hic sermo est, licet regulariter à voluntate emigraturi pendeat, adeoque voluntaria sit, nec ad eam

ordina-

ordinariè quis cogi debeat; dantur tamen casus, quibus quis tum ob culpam, tum ob causam migrare cogatur, adeoque sic accidat, aliquam etiam migrationem esse necessariam. Sic ex quo diffusis Papatus tenebris clarior lux Evangelii affulsit, aliisque iterum nebulis & nubeculis ab aliis oppositis, demum Dei ope in Imp. Rom. libertas pura conscientiæ, Palladiumque pacis religiosæ objectum, acriter disputatum fuit inter Protestantes & Pontificios, an concessum jus emigrandi diversæ religionis subditis sit voluntarium, an necessarium? Esse voluntarium latè ex nostris disputant Frid. Mind. *de process. l.* 1. *c.* 30. *n.* 2. Merkelbach. *apud* Klock. *tom.* 1. *consf.* 20. *n.* 355. quamvis praxin ob potentiam Catholicorum in contrarium obtinuisse dicat, Latius Heig *apud* Klok. *tom.* 1. *consf.* 51. *n.* 247. Bruning. *de jur. univ. th.* 20. *lit a.* latissimè retractatâ priori sententia Syring. *de pac. relig. th.* 35. sed pace tantorum Virorum dixerim, vix ex pace religiosa Augustæ, Anno 1555. promulgata evinci solidè posse, eâ Principibus, diversæ religionis subditos, licet alias quietè sui viventes, nisi pactis cum Principibus initis se munierint, necessario ut tolerent injunctum, nec quò minus illis ob diversitatem religionis emigrationem civiliter imperent, prohibitum fuisse: & contra jam quidem secundum Instrumentum Pacis Imperii ab iis, qui superioritate territoriali gaudent, ad emigrandum cogi posse, satis constare, *arg. art.* 5. *n.* 12. *vers. quod si verò subditus.* & *vers. conventum.* (quo hilare illud libertatis religionis beneficium in flebile migrandi onus conversum, dicit Myler. *de jur. Princip.* & *stat. Imper. c.* 83.) & §. 13. *vers. quod verò ad Comites. dict. Instrum. Pac.* nisi (1) sive publicum sive privatum religionis suæ in Imperio Romano receptæ, quacunque anni 1624. parte habuerint. *dict. art.* 5. *n.* 12. *vers. hoc tamen non obstante.* aut nisi (2) pactis se munierint. *dict. art.* 5. *n.* 12. *vers. pacta autem.* Struv. *diss. feud.* 6 *th.* 15.

XVI. Ad formam quoque emigrationis spectat, quod vel absque onere sit, sicque simpliciter permissa, vel certo pretio redimi debeat, onere aliquo detractionis circumscripta. Licet enim negari non possit, pretium illud emigrationis & detractionis Nachschoß/ Nachsteur/ Abzug und Abschoß/ jure civili incognitum esse. Koppen.

 decis.

decis. 5. *n.* 1. Hinc ubi tale quid consuetudine non obtineat, illi quibus tale pretium indicitur, utili actione negatoriâ agere possint. *arg. l.* 9. §. 2. *ff. de damn. infect. l. ult. ff. de arborib. caedend.* Dn. Hahn. *ad Wes. ff. si usufr. pet. num.* 2. injustè arrestati in Camera conqueri & supplicare pro mandato de migrando, relaxatione arresti cum omni causa, Gail *de arrest. Imper. c.* 13. *n.* 1 *& seqq* & amplius non molestando sine clausulâ, cum annexâ citatione. Wehn. *obs. pract. in voce* Nachsteur. *p.* 518. injuriarum quoque tum contra privatum, ad cujus instantiam arrestati sint, tum contra ipsum Magistratum quamvis coram competente judice ordinationis agere possint. vid. Gail. *c.* 14. *n.* 1. *& seqq.* totius tamen ferè Germaniæ, & cæterorum Europæ regnorum consuetudine certum quid pro migratione penditur, & quidem pro locorum diversitate diversimodè Gail, 2. *obs.* 35. *n.* 9. *&* 36. *n.* 10. Sic in Marchia Brandenburgensi est decima quinta, in Electoratu & Palatinatu Rheni decima pars, Wehn *obs. pract. voce* Nachsteur. *p.* 518. Ming. *de superior. territ. c.* 6. *thes.* 82. planè quemadmodum vectigalis præstatio non omni tempore, nec ubique, nec omnium rerum uniformis fuit. vid. Henr. Klock. *de jur. vectigal thes.* 68 *lit. A.* Goedd. *ad l.* 17. *de Verb. Sign. num.* 8.

XVII. Debetur autem illud pretium ex statuto interdum non tantum ob mutationem domicilii, wann man das Bürger-Recht auffkündiget und wegziehet, quod aliàs pretium emigrandi dicunt, de quo propriè hîc tractatur, sed & si sive hæreditas ex testamento vel ab intestato, sive res aliæ per contractum inter vivos ad forenses transferantur, wann man an fremden Orten erbet / oder etwas an sich bringet / muß man von solchem erlangten Eigenthum Abschoß erlegen: diciturque aliàs jus detractionis in specie, quod ut priori affine hîc etiam attingere placuit ad exemplum JCtorum, qui in interdicto, quod de migrando conceptum, non de hominibus tantum migraturis, sed & potissimum de rebus, quas inquilinus aliò transferre intendit, tractant. Unde distingui potest jus detractionis, quod vel sit emigrantium è territorio, Nachschoß und Nachsteur vel eorum, qui aliàs bona è territorio trahant, Abzug der außgesessenen Personen / Wehn. *obs. pract. voc.*

Nach-

Nachsteur/p.517.& 519.Myler.*de jur.Princip.& stat.Imper.c.63*.Ming. *de super. territor.c.6. thes.83*. Quamvis & posterius membrum divisionis subdistingui possit, ut detrahatur portio statutaria forensibus vel acquisituris bona in alieno territorio, vel venditturis, pecuniamque extra territorium delaturis.

X V I I I. De priori membro principalis divisionis nulla superesse dubitatio amplius videtur, quin statuta talia afficiant eos, qui sunt de universitate, vid. Myler. *de jur. princip.c.*40. Sed nec forenses tamen, quique alias non subjecti, si bona è territorio statuentium sibi acquirere gestiant, statuto contravenire possunt, cum respectu bonorum statutis territorii regulariter, qui ad ea adspirant, subjiciantur. *arg.l.1.C.quand.& quib quart.pars.l.unic.C.non licer habitat.metrocom. l.6.§.ult.de muner.l.3.C.de adif.privat.* Dn. Reinking *de Regim secul.& Eccles.lib.2.cl.2.c.10,n.21*. Wesemb.*cons.1.n* 42. Cardin.Tusc. *lit.S. conclus.*544.*n*.8. Uti n. quilibet contractu forum sortitur, ita non minus illius civitatis, in qua quidquam acquirere vult, statutis obligatur. Henr.Klock.*de jur.vectigal.th*.11.*lit*.9. Prævenit n. civitas statuto suo jus forensium circa bona ea acquirenda, adeoque idem dicendum de forensibus ea venditturis, cum quam localem legem bonis dictam acquirendis, eandem & alienandis servare teneantur. Quod si autem tale ante statum non extiterit, an in præjudicium forensium condi possit, quæritur? Potest, si forensibus necdum bona quædam, cumq; iis ita jus liberè ea alienandi jam quæsitum sit. Gail. 2.*obs*.19.*n.2.arg.eorum quæ supra diximus*. non a. potest bonis jam simpliciter illis, qui municipes, aut subjecti non sunt, quæsitis, cùm nec iis collecta propriè indici queat. *arg l.17.§.5.ad munic.* Käiss *Constitution* zu Speyer *de anno* 1529.*in pr.* Bocer. *de collect.c.9.n*.10. Gail.2.*obs*.52.*n*.13. Carpzov. *Jurisprud.For part.3.const.38.defin*.19.

X I X. Sed an quævis etiam civitas jus tale detractionis sive expressè per statutum, sive tacitè per mores introducere possit, ulterioris adhuc videtur disquisitionis. Et quod Civitates Imperiales, quæ cùm cæteris statibus Imperii eodem in suo territorio jure, aut reliquæ etiam pactitiæ, quæ αὐτονομίᾳ suâ gaudent, hoc introducere debitè

queant,

queant, indubium videtur, cùm & secundùm talia sive statuta sive consuetudines Camera Imperialis pronunciare teneatur, *Ordin.Cam. p.1.tit.56.* Ming,*de superior.territor.th.71.* Quod si earum in ordinem civitas merè provincialis ac municipalis referri nequeat, jus illud detractionis vel expressè per vim statuti, vel tacitæ alicujus consuetudinis introduci ab illa intenditur. Priori casu, licet statuta ac decreta decurionum & municipum, si pertineant ad propriam administrationem earum rerum, quæ ipsis à principibus concessæ sunt, sintque circa vel præter, non autem contra jus *l.4.ff.de decret. ab ordinib.* etiam absque confirmatione superioris, quæ non necessaria quidem, quamvis perutilis tamen sit. Ming *de superiorit.territ.c 6.th.81.* valeant *arg.l.5.ff.de decret ab ord.l.2.§ fin.C.de constit.pecun.* Princeps enim concedens eis administrationem aliquam, ea etiam, sine quibus ea commodè perfici nequit, concessisse videbitur. *arg.l.3.ff.de jurisd.* Wurmser. *exercit.jur.publ.6.quæst.4.* Planè sicut capitulum de iis, quæ ad capitulum specialiter spectant sine consensu Episcopi *gloss.in c.2.de V.S. in 6.* & quævis collegia opificum de iis, quæ ad artem eorum pertinent, etiam citra confirmationem superioris decernere possunt, Sutholt. *de jurisdict.aphor.287.* Alia tamen hujus contra jus commune exigendi pretii ratio erit, adeoque tale statutum sine confirmatione Principis non valebit. *arg.l.3.§ 5.ff.de sepulc violat.* Posteriori casu cùm facilius ea, quæ tacitè per mores, quàm quæ expressâ sanctione introducuntur, consensum superioris admittant & eliciant, diuturni illi mores (qui quidem nullo aliquo expresso & per leges determinato tempore, sed potiùs arbitrio judicis æstimantur, ut quo res vel majoris vel minoris sunt momenti majus etiam vel minus tempus requiratur. Menoch. *de arb.jud quæst c.83.* Dn.Hahn.*ad Wes ff.de ll.p.87.* Sutholt.*dissert.1.aph.92.*) autoritatem juris tribuent, superiorisque non defuisse consensum evincent. *c.1.de constit.in 6. arg. c. cum tanto. de consuet.* Dn Hahn.*ad Wesenb ff.de ll.p m.84.*

X X. Vi ergò talis statuti aut consuetudinis ad pretium illud statutarium regulariter omnes tenebuntur, etiam qui illuc, ubi nullum tale jus detractionis obtinet, vel commigrent, vel ibi degant,

acquisituri

acquisituri tamen alibi bona tali onere affecta. Quamvis ex æquitate mitius cum iis agendum sit, prout & *Constit. Elect. Palat. tit. 7.* expressè sancitum, quæ eò migrantibus decimam illam statutariam planè remittit, notante etiam Wehn. *obs. pract. voce* Nachsteur. *p.* 519. Et satius sæpè sit, ac ex usu magis ipsius etiam Reipublicæ, quæ jure illo detractionis gaudet, non ita rigidè ab illis pretium illud exigere, sed pecuniam interdum in loco negligere, metu fortè vicissim exspectandæ retaliationis & retortionis ad exemplum Edicti, *quod quisque juris* &c. Civitas enim ubi aliàs neutro casu jus illud detractionis obtinet, jure hoc tamen sive adversus alterius civitatis, ubi illud obtineat, cives, sive eò etiam migraturos suos utroque casu uti potest, prout latè ostendunt Thoming. *decis.* 26, *n.* 6. Rauchb. 2. *quæst.* 19. Dn. Hahn. *ad Wesemb. ff. quod quisque jur n.* 3. Dn. Carpzov. *Jurispr. forens. p.* 3. *Const.* 38 *def.* 1. Struv. *diss. de vindict. privat. th.* 75. adeò ut civitas, quæ v. g. decimam tantum migraturis suis civibus, vel bonis aliò transferendis aliàs detrahat, hoc modo retortionis augere etiam magis pro modo auctæ & usitatæ illic detractionis, quo sui vel sua vel migrent vel transferantur, hoc pretium possit. Idq; suadet justissima illa corrigendæ inæqualitatis ratio. Nec enim ulla via certior est, per quam cognoscas, utrum æquum an iniquum sit, quod petiturus vel pronunciaturus es, quàm si ex personâ tuâ metiaris, an in te hoc jus, quod in alium decernis, aut decerni curas, exerceri velis. Adde hîc *l.* 1. *ff. de solut.* Requiritur tamen ad usum hujus retortionis legitimum, quod (1) civitas, quæ aliàs hoc vel simili novo jure utitur, (quale intelligitur, quod est contra jus commune Justinianeum, Feudale, Canonicum receptum, Constitutiones Imperii, moresque generaliter in eo obtinentes, Dn. Hahn *ad Wes. ff. quod quisque jur. n.* 3.) sit eodem etiam usa contra illam civitatem, quæ retorquere vult: quod cùm non præsumatur, probandum est, idque ex archivo, librisque publicis edoceri. Berlich. *part.* 5. *concl.* 51 *n.* 28. Dn. Carpzov *Jurispr. forens. part.* 3. *Const.* 38. *def.* 8. & 9. qui etsi jus illud novum contra civitatem nondum exercitum fuerit, in futurum etiam ne fiat, per literas, quas vocant, reversales, daß auff zutragende Fälle hinwiederum dergleichen Abfolgung geschehen solle / caveri solet. Dn. Carpzov. *d. l. defin.* 9. *in fin.* Cur autem ipsi in specie civitati

vitati

vitati retorquere volenti læsio facta probanda sit, cùm tamen aliàs usus Edicti, *quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur*, non læso tantùm; sed omnibus aliis, qui in simili causa eum, qui ante jus novum statuit, aut impetravit, quandoque conveniunt, prosit, idque tam ex universalitate, tum *l.3.§.2.quod quisque jur.* tum rationis *ex l.1.§.1.eod* quàm argumento *l.7.C de rescind.vend.* pateat. Dn. Struv. *diss. de vindict. privat. thes.62.* rationem hanc esse puto, quod cùm edictum illud dolum statuentis aut impetrantis jus novum requirat. *l.2.ff.quod quisque jur.* Dolus autem omnis, quando civitas pro inhibendis vagis illis & inconsultis suorum civium emigrationibus, aut pro conservandis in urbe civium facultatibus, ne exportatis hisce Respubl. velut nervis suis rerum agendarum destituatur, de tali statuto promulgando, & secundum id subditis illius loci in posterum jus dicendo inter se conveniat, exulare possit: præsumptus tamen demum dolus ex post facto intervenire videatur, si civitas jus hoc novum, statutumque juri communi derogans dicat alius civitatis subditis, & tamen idem jus sibi suisque in illâ dici nolit, qui dolus uti ex facto, ipsâque solâ inæqualitate apparet ac colligitur, ita ab ea demum civitate, in quam injuria illius inæqualitatis redundavit, jure animadverti, & vindicari potest. Requiritur (2) si in singulos retorquere velis, ut non solus Magistratus, qui præest universitati jus novum statuerit, ex quo in singulos retorqueri nequit cives, *arg.l. 1.pr. de magistr. conveniend..* sed ut populus simul, seu tota civitas in id sive expressè sive tacitè consenserit, quod quomodo fiat, vid. explicantem Struv.*diss.de vind priv.th.61.* Requiritur (3) quod civitas usa jure detractionis, ipsa hoc novum statuerit jus, nec contra civitatem, quæ retortione jam uti velit, cùm ante aliquot fortè sibi præjudiciales actus per patientiam admiserit, aut præscriptione, aut speciali aliquo à Supremo Principe impetrato privilegio, *arg.l. 17.§.15 ff. ad municip.* sit munita. Privilegium enim tale non novum & iniquum, sed singulare jus *§.6.Inst de I.N.G & C.* nec quòd impetrans tale in hoc edictum incidat, contra *arg.l.6.C.de LL.* rectè dixeris, nisi fortè & hoc dolo, inque damnum alterius emendicatum demonstraveris. *arg.l.1.vers.*

sed

sed quoniam, C. de petit. bonor. subl. l. 7. C. de precib. Imper. offer. t. t. C. si contra jus vel util. publ. Quo ipso corruunt omnia, quæ pro contrariâ sententiâ tum de evertendis per admissionem juris retorquendi omnibus privilegiis & juribus civitatum, tum de privato innocente emigraturo injuriâ afficiendo afferunt Knipsch. *tract. de jurib. & privileg. civit. l. 2. c. 20. n. 17.* Schvvanm. *compend. jur. emigr. c. 7. n. 4.*

X X I. An autem qui ex civitate aut loco aliquo, ubi jus detractionis obtineat, in alium ejusdem tamen provinciæ commigrent, detractionem etiam hanc patiantur? Videtur hoc casu jus illud admodum odiosum & rigorosum. Rauchb. *qu. 15. n. 5.* Unde & Constitutio Electoralis Palatina *tit. 7.* ei, qui ex quacunque Electoratus civitate & loco in alium quemvis ejusdem Electoratus migret, nullam imperat detractionem. Quamvis usus aliud in aliis Principatibus doceat, *Berlich. p. 3. concl. 51. n. 19. & concl. 52. n. 20.* Schvvanm. *comp. de jur. emigr. c. 5, n. 5.* eoque tamen etiam casu leges nostræ vestigia quædam & argumenta distinctionis præbere videantur. Aut enim quis migrat è loco aliquo, qui nec habet jus civitatis municipiique, nec certo alicujus civitatis adjunctus est territorio, cumque pagi & vici uno eodemque modo sub provinciâ contineantur, non censebitur quis mutare domicilium, nec ad statutariam hanc emigrationis detractionem tenebitur. *arg. l. 30. ff. ad municip.* aut è loco, qui civitatis jure vel ipse gaudeat, vel ejus tamen territorio adjunctus sit secundum *l. 28. §. 4. C. de Episcop. & Cleric.* tum si concedat in locum agrumve ei subjectum, ejusve additum territorio, non tenebitur ad eam detractionem cùm manere in civitate, nec domicilium mutare intelligatur. *argum. l. 239. §. 2. ff. de V. S.* si in alium alius civitatis licet sub eâdem provinciâ, Præsidis provinciæ de jure omnium incolarum, quos quæque sibi civitas vindicat, cognitio erit. *l. 37. ff. ad municip.* adeoque cum civitas prior mutetur, tenebitur ad pretium hoc statutarium. Idem dicendum, si civitas quædam coloniam, civitatem aut agros sibi quidem quoque subditos sive in provinciâ eadem, sive extra eam habeat, sed quæ vel speciali jure gaudeant civitatis aut quibus sejunctum aliquod territorium sub nomine præfecturæ constitutum sit, so ein ab-

sonderliches der Stadt zugehöriges Ampt/ Vogtey und Gericht ist, ut tum itidem emigrans civitati majori ad tale teneatur pretium statutarium. *argum. l. 5. C. de municip. & orig. l. 3. pr. ff. de municip. junct. l. 30. ff. ad municip. l. 27. §. 1. ff. ad municip.* quo refero etiam *l. 35. ff. ad municip. & l. 3. C. de incol.* Hasque distinctiones Juris Civilis, quibus statutum exorbitans quàm maximè restringendum & declarandum, Dn. Carpzov. *Jurisprud. Forens. part. 3. Const. 20. def. 10. n. 6.* hactenus obtinere putaverim, dummodo diversum per antiquam observantiam aut statutum non sit expressè inductum. Schvvanm. *compend. jur. emigr. c. 5. n. 6.*

XXII. Pretium item hoc indubiè omnes, qui volentes emigrant, præstant. *arg. l. 6. & 7. C. de vectigal. & commiss. l. 1. C de immunit. nemini concedend.* Henr Klock. *de jur. vectig. th. 26. lit. A.* adeò ut qui beneficio migrandi propter religionem utantur, illud dependere quoque teneantur. R. A. zu Augsburg *de anno* 1555. §. Wo aber unsere. *arg. Instrum. pac. art. 5. §. 12. vers. quod si verò subditus. & vers. conventum autem est.* vid Henr. Klock. *de jur. vectig. thes. 63. in fin.* Bruning. *de jur Universit. thes. 20. lit. A.* Syring. *de pac relig. thes. 34. lit. D.* Schvvanm. *compend. jur. emigr c. 5. n. 22.* Quæritur autem, an emigraturus, pœnitentiâque dein ductus, in civitate remaneat, ad pretium hoc præstandum cogi possit? Distingu. Aut quis constituit tantum emigrare, adeoque verbis, & contestatione nudâ hoc declaravit, & quin citra omne detractionis periculum pœnitere possit, indubium est *ex supra dictis th. VIII.* aut ultra expressam & apertam mentis suæ declarationem jam res etiam aliquas suas aliò transtulit, re ipsa & facto abitum suum ostendens, & uti aliàs cum res in actum jam pervenerit, locus non est amplius pœnitentiæ, *arg. l 5. C. de O. & A.* vid. latè Gothofred. Anton. *disput feud. 9. th. 7. lit. B.* & Henr. Klock. *de jur. vectig. th. 87. lit. C.* Idq; & in contractibus innominatis obtineat, ut in præjudicium ejus, qui quantum in se fuit, adimplevit contractum, pœnitere non liceat. *l. 5. ff. de condict. caus. dat.* ita nec hic abitione jam intentatâ, reque ob factum saltem externum non amplius integrâ locus pœnitentiæ erit, idque in primis si ea non operetur καθ' ἔσω, ἀλλὰ κατ'

ἔξω ex

ἴξω ex principio aliquo externo, v. g. si cui opulenta aliqua inopino obveniat hæreditas, quippe præjudicio civitatis, fraudique pœnitentis quàm proxima, *arg. §. 4. Inst. de societat.* acceditque & ea ratio, quod emigraturi aliquali rerum translatione civitati plenè jam jus exigendæ quotæ statutariæ quæsitum sit, eodem modo quo migraturus à muneribus futuris obnoxius esse desiit. *arg. l. 14. ff. ad munic.* illud igitur ejus pœnitentiâ dein aut mutatione mentis interverti nequit. *arg. l. 75 ff. de R. J.*

XXIII. Non ergò tenebitur involuntariè emigrans ad hoc pretium, nisi se ipsum in necessitatem emigrandi culpâ suâ conjecerit. *arg. l. 36. §. 1. in fin. ff. de judic l. 7. §. 1. qui satisd. cogant.* Myler. *de jur Princip. & stat. Imper. c. 63.* Koppen. *decis.* 11. *n.* 15. Berlich. *part.* 3. *conclus.* 52. *n.* 13. Schvvanm. *compend. jur. emigr. c.* 5. *n.* 11. Quod si jam quis ob religionem loco excesse jubeatur, an ad jus detractionis teneatur, quæritur? Affirmativam tenet Molin. *in Consuetud. Parisiens. §. 2. n. 14.* Sed contrarium defendit Koppen. *decis.* 11. *n.* 15. Gylmann. *Symphorem. supplic. tom. 1. p. 1. vot. 1. n 4. ubi ita decisum refert in causa* Heylbrunn *contra* Schwäbischen Gemünde. Myler. *de jur. Princip. & stat. Imper. c. 63.* Quæ & verissima videtur sententia. Ex quo enim & Lutherana, & Romano-Catholica, & Reformata religio in Sacro Romano Imperio recepta & licita, cæteræ autem Sectæ aliæ damnatæ & exactæ, *Instrum. Pac. art. 7.* nemo, qui unam prædictarum amplectatur, in foro fori alicui quidem pœnæ *arg. l. 18 ff. de pœn.* subjacet; sed ut rei licitæ operam dans, pari cum concivibus jure habebitur, æquali justitiâ protectioneque tutus. *Instrum. Pac. artic 5. §. 12. versic. sive autem Catholici.* satis civis talis citra omnem culpam, quæ in eo, velut salutis propriæ contra conscientiam, cui imperare nequeat, non immemore, vel ex Christianâ charitate, vel saltem pro obtinendâ pace publicâ, nulla præsumitur, ipsa vi superioritatis territorialis à Domino territorii indictâ migratione punitur, ut ob id novo onere & pretio emigrationis, quam iniquioribus etiam conditionibus, si liceret, forte deprecaretur, prægravari non debeat.

XXIV. Immunes tamen quidam sunt, & quidem sive ipsi è civitate emigrent, à pretio emigrationis, sive ut forenses & peregrini acquirant res quasdam, ab onere detractionis. Ubi in antecessum hæc duo, quæ in aliis multis subsequentibus usui esse possunt, notanda. (1) Cùm & ipsa Constit. Imp. de an. 1555. §. Wo aber. & de an. 1594. §. Und so viel. omne & potissimum juris hujus detractionis generaliter accepti fundamentum in cujusvis loci ponat observantiâ, *in verbis*: Gegen ziemlichen Abtrag der Nachsteur/ wie es eines jeden Orts von Alters anhero üblichen hergebracht und gehalten worden; accuratè ante omnia de immunitate hac, quid cujusque loci usus ferat, & dispicere, & sectari oportet, quòd uno omnes ore monent Doctores *arg. l. 4. §. fin. ff. de publ. & vectig.* (2) Cùm jus detractionis, quatenus in genere consideratur, inter alia sub se comprehendat & tributum, quod pro libertate emigrandi penditur, Nachschoß/ Nachsteuer/ & jus detractionis in specie sic dictum, quod rebus ipsis in quoscunque non subjectos aut forenses transferendis detrahitur: Abzug/ Zehende/ vierdte oder dritte Pfenning/ quæ licet à Dd. sæpè confundantur, ex verbis, mente & ratione tamen statutorum distinctionem recipere possunt, & expressè à Rauchb. *quæst. 15. num. 9.* Knipschild. *de jurib. civit. lib. 2. c. 20 n. 8.* Zahn. *de jur. & jurisd. munic. c. 76. n. 5.* Besold. *thesaur. pract. in voc.* Abschoß. contradistinguuntur: hinc immunitas juris detractionis specificè sumpti non semper ex immunitate à pretio emigrationis æstimanda est, eò quod hoc velut vectigal quoddam emigrationis ipsis principaliter personis ratione licet rerum suarum, illud verò velut munus merè reale ex statuto in rem magis concepto rebus ipsis inhæreat, adeoque & cives & forenses, *argum. eorum quæ supra thes. XVIII. diximus.* omnesque etiam aliàs generaliter exemptos & immunes afficiat, *arg. l. 18. §. 21 & §. 29. ff. de munerib.*

XXV. Quin autem Summus Princeps, (qui ut legibus se superioribus tenetur, ita inferioribus se, & à se positis excellentior & superior est, Bachov. *ad Treutl. v. 1. D. 1. th. 6. lit. B.* Pufendorf. *element. jurisprud. univers. lib. 1. defin. 3. §. 7.* quamvis utrarumque observationi citra imminutionem Majestatis per voluntariam quasi condescenden-

scendentiam ac συγκαλάβασιν se subjiciat, sine coactione tamen, solas si regulariter excipias fundamentales, vid. *§.ult. Inst. quib. mod. rest. l. 4. l. 8. C. de LL.* Dn. Reinking. *de Reg. Secul. & Eccles. lib. 1. & 3. c. 12.* Sutholt. *de jurisdict. th. 31.*) ejusque fiscus immunes sint, ex se, maximè post *l. 9. § 8. ff. de public.* indubium videtur, unde idem ad Principes nostros & status Imperii extendendum, etiamsi jus hoc detractionis aliis in feudum concesserint, Colleg. Argentorat. *de publ. th. ult.* aut locârint *arg. d. l. 9.* Wann der zehende Pfenning verliehen oder admodiiret were. Nec enim se coarctasse, aut se sibi, sed alios indicto pretio illo detractionis obligasse censebuntur, adeoque eodem modo jus hoc, quo ipsi usi sunt, alteri locasse aut concessisse credentur. *arg. l. 20. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Cardin. Tusc. *lit. G. conclus. 2. n. 5.* Quamvis Colleg. Argent. *ad tit. de publ th. 12.* hoc limitet in sublocante, qui nec ipse immunis erat, & ut eximeretur, eò carius conduxisse jus hoc videbitur, adeoque jus, quod in se competebat, cedere simul credetur, sibique, si aliter senserit, quod pacto legem contractus non apertius dixerit, imputabit. *l. 99. de V. O c. contra eum de reg. jur. in 6* Klock. *de vectig. th 34.* Dn. Hahn. *ad Wes. ff. de publ. n. 6.*

XXVI. Immunitatem præstat ab hoc pretio, ut alias ab omni munere, Bocer. *tract. de collect. c. 11. n 5. ubi multos allegat.* Casp. Klock. *de contrib. th.* 40. numerus duodecim liberorum. *l. 24. C. de decurionib.* quamvis Dionysius Gothofr. *add l. 24.* dicat in Cod. Theodos. & veteribus exemplaribus legi XIII. liberorum; Unde Cujacius putat legendum XVI. levi mutatione, ut pro II ponantur U, quod scriptum fortè fuisset hoc modo XUI, idque optimè cum *l. 5. §. 2. ff. de jur. immunit.* conveniret. Quamvis pro servandâ communi lectione dicere possimus favore πολυπαιδείας eandem immunitatem, quam jus XVI. liberorum meruit, Impp *per d. l 24. C. de decur.* etiam parenti XII. liberorum concessisse. Loqui autem legem non de solâ vacatione munerum personalium, sed & patrimonialium, argumento est tum *d. l. 5. §. 2* ibi: χαλάζειν τῆ πολυπαιδίᾳ, καὶ ἀπὸ τῶν λειτουργιῶν, *ff de jur immunit.* tum quod pater quinque liberorum immmunitatem à muneribus personalibus concessam jam habeat, per *l. 3. & ult.*

C. de his

C.de his qui numer.liber. notante Dionyſ.Gothofr. *ad rubric. C.de his qui num. liber.*

XXVII. Senatores quoque Romæ, & eorum filii filiæve, quocunque tempore nati, itemque nepotes, pronepotes & pronepotes ex filio cùm origini eximantur, licet municipalem retineant dignitatem. *l. 22. §. 5. ff. ad municip.* deſinantque ita municipes quantum ad munera, quantum verò ad honorem retineant originem. *l. 23. ff. eod l. 11. ff. de Senat.* immunes in civitate ſuâ originariâ à pretio quoque ipſo emigrationis, ſi tum temporis obtinuiſſet, fuiſſent, quod civitatem ipſam mutare non credantur, ſed ſolis eximantur onerib. Quo argumento moti idem de omnibus ad Imperii Conſilium Deputatis, Judicii Aulici Imperialis & Cameræ Aſſeſſoribus, eorumque miniſtris, qui ob id etiam in Receſſibus Imperii R.A. zu Augsburg de anno 1500. von Ordnung des Regiments. R.A. zu Worms de anno 1521. §. Item ſollen auch. Ordinat.Cam.Imper. *p. 1. tit. 49. pr.* à vectigalibus omnibus immunes ſunt, dicemus, quod etſi in civitate patriâ degerint, (nam ſola origo citra domicilium neminem per conſuetudines totius Germaniæ univerſales invitum muneribus talibus ſubjicit, *ut infra dicetur*) ab hoc tamen onere & pretio ſtatutario eximantur. Unde nec reliquis aliorum Principum ſtatuumve Conſiliariis & ſuperiorum Dicaſteriorum Aſſeſſoribus, qui è municipio ſuo emigrantes in eadem vel provinciâ vel civitate dominante pro ſalute omnium excubent, immunitatem hanc invidebimus, ut hoc ſaltem gaudeant virtutis ſuæ redhoſtimento. vid. Colleg. Argentor. *tit. de Public. theſ. ult. ubi allegat Pap. Areſt. lib. 5. tit. 11. n. 13.* Matth. de Vauzelles *tract. de peages part. 5. verſ. 6.* Dn. Hahn. *ad Weſ. ff. de publ. n. 6.*

XXVIII. An autem Nobiles, Profeſſores, Doctores, & qui Civitatibus à Conſilio & miniſterio ſunt, Paſtores item & Miniſtri Eccleſiarum ab hoc tributo emigrationis immunes ſint, quæritur? Et quod ad nobiles attinet, mediati illi (*nam de immediatis jam ſupra egi theſ. XIV.*) & ut vocantur Landſaſſii, ſi domum prædiumve aliquod nobile urbanum, ein Frey Adeliches Hauß und Hoff / à municipio tamen exemptum, ſive in feudum à Principe obtineant, ſive aliàs privi-

legio,

legio, pacto, aut præscriptione hanc exceptionem nacti sint, ad munera civilia non obligantur, *argumento eorum quæ th. XIV. latiùs differui*, adeoque migrando è civitate, cui ut membra se non addixêre, ad hoc pretium non tenentur. Idem quoque de Professoribus, Studiosis omnibusque Academiæ membris dixeris, tum quod Universitas Academica in plerisque civitatibus corpus quoddam ab iis secretum ac planè independens sit, tum quod literis potius docendis & addiscendis operam navare, quàm verè ibi domicilium figere velle, etiamsi per vitam illic morentur, præsumantur. *arg. l. 6. de Profess. & Medic. arg. Auth. Habita. C. ne filius pro patre*. Berlich. *p. 3. concl. 52. n. 33*. Id quod producunt etiam Dd. ad Consiliarios, Syndicos, Advocatos, Medicos, Secretarios, aliosque à Principe vel civitate vocatos, ut ope consilio Rempubl. adjuvent, *arg. d. l. 6. C. de Profess. & Med.* cùm etiamsi per longissimum tempus ibi degerint, itidem Reipubl. magis inserviendi causâ, quàm ut ibi domicilium contraherent, commorati præsumantur, nec ad alia, quàm quæ ab initio spontè susceperunt, aut suscepisse creduntur, munera cogantur, *arg. l. 1. C. de his qui spont. mun. publ.* Adeoque licet in quibusdam locis etiam jure civium gaudeant, pro honorariis tamen eos, & qui ad exemplum Senatorum Romanorum in provinciis ortorum *secundum th. XXVII.* à muneribus eximantur, accipiunt, vid. Magnif. Dn. Mev. *ad jus Lubec lib. 1. t. 1. art. 6. n. 19*. Menoch. *arbitr. jud. 1. cas. 66. n. 6. & seqq.* Lindenspur *in comment. ad jus Wurtenb. fol. 13. n. 23*. Knipschild *de jur. & privil. civit. lib. 2. c. 29. n. 107*. Besold. *thesaur. pract. in voc.* Bürger. Zahn. *de jur. & jurisd. municip. c. 79. n. 21*. Idemque optimo jure tum obtinebit in Pastoribus & Ministris nostrarum Ecclesiarum, ut immunes sint á jure detractionis, *l. 1. pr. & §. 1 C. de Episc. & Cler.* Nova Constit. Frider. *Item nulla Communitas. C. eod.* (nam de Clericis Papicolis, quos cum rebus omnibus illorum ἱεραρχία ab omni planè potestate Politicâ exemit, quidquam jam monere opus non est. vid. *c. secundum Canonicam. caus. 23. q. 8. c. 4. extr. X. de immunit. Eccles. c. 1. & 3. eod. in 6.*) Velut ita Consistoriales Brandenburgenses pronunciasse refert Scheplitz *in consuet. Brandenburg. p. 3. tit. 8. §. 7. n. 6*. Berlich. *d. l. n. 30*. Schwanm. *comp. jur. emigr.*

 c. 5. n. 24.

c.5.n.24. Zahn.*de jur.& jurisd municip.c,76.n.13.* De cætero si Nobiles bona talia exempta non possideant, incolæque fiant civitatum, ut plurimum jurisdictionem & onera, quibus singulari aliquo pacto exempti non sunt, pati coguntur. Besold. *de ordin. Equestr. n. 5. circ fin.* nec facilè, nisi civitati ac civilibus se submittant muneribus, admittuntur, notante Knipschild.*de jur & privil.civit.lib.2.29. num.37. qui & SCtum Argentinæ anno 1419. factum.* ex Lindenspur *ad jus provinc. Würtenb.fol.11.n.19.allegat,* Daß die Edelleute in der Stadt alle Bürger werden/auch keiner in die Stadt/noch in den Burgbahn kommen solle der nicht das Bürger Recht angenomen/und den Eyd geschworen habe. Unde & Idem ex Eodem ad evitandam litium materiem, eò quod Nobiles onera civitatis plerunque subterfugere, nec civitatis jus, das Bürger Recht acceptare velint, in recessibus statuum Provincialium Wurtenbergicorum cautum esse indicat, Daß denen vom Adel in Städten zu wohnen Ihre Fürstl. Gnad. nicht leichtlich gestatten wollen. Adeoque admissos illos ut cives à pretio emigrationis, quemadmodum & Doctores aliosve literatos absque officio, ut loquuntur, vel in civitate patriâ animo non recedendi degentes, vel alibi etiam ita incolatum eligentes non eximerem. Nec enim à muneribus patrimoniorum, sive merê, sive mixtim realibus immunes sunt, *l.10 ff. de vacat. mun.junct.l.6.§.3.& seqq ff.de muner.l.2.l.3.l.6.l.9.C. de munerib.patrimon.* Quamvis à muneribus tamen personalibus, & quidem merè talibus ac sordidis simpliciter, à mixtim autem personalibus, quæ absque respectu omni ad bona possessoris sumptibus & detrimento aliquo administrantis expediuntur, ita demum si personalem aliquam inferant vexationem, ipsamque recipientis pulsent ac lædant verecundiam. *argum.l.8.C.de metat.l.8.§.4.ff.de vacat.& excusat.* Unde si generaliter hæc onera mixtim personalia argento redimantur, moderata & illis collecta, (ad quam aliâs si sit munus merê personale, ejusque respectu indicatur, non tenerentur, cùm origo & causa collectæ inspicitur. Casp.Klock.*de contribut.th.55.*) indici potest. *arg.d l.8.§.4 ff.de vacat.mun.* Kock.*d.loc.th.57.lit* B. Hinc Zahn.*de jur.& jurisd.municip. c.71.n.10.* ex Richt.*decis.70.n.52.* notat, quòd qui immunitatem habeans

beant ab hospitatione militum von Einquartir- und Bilettirung/ non sint immunes ab onere bursali hospitationi annexo, ut si fortè per mores pro cœnaticis vel salgamo, vulgò Servis, forte à Gallico *service*, generaliter pecunia danda sit.

X X I X. Immunitate autem à pretio hoc detractionis etiam gaudent, quibus hoc specialiter vel per vim privilegii vel pacti datum est. Et quod non tantum Princeps, sed & civitas quæque, cui hoc jus detractionis competat, immunitate aliquem hac donare queant, dubium non est. *l.11.ff.de vacat.mun.l.17.§.3.ff.de excus.tut.l.un. C.de his qui vacat.à Princip. arg.l.3. §.4.ff. quod vi aut clam.* Zahn.*de jure & jurisd.municip c.71.tot.* Henr.Klock.*de jur.vectigal.th.36.* Sicque memini mercatores quosdam Batavos incolas alicubi cum Magistratu civitatis de certo aliquo & definito pretio, quandocunque vel ipsi vel eorum liberi emigrent, aut sua aliò transferant, transegisse, ne prodere facultates suas cogantur, quôd ipsis, *ut loquitur eleganter l.2. C.quand. & quib. quart. pars debeat.* durum nimis videatur publicatione pompâque rerum familiarium vel paupertatis detegi vilitatem, vel invidiæ patere divitias.

X X X. An autem Princeps in præjudicium civitatis suæ possit alicui concedere hanc immunitatem, quæritur? Resp. Licet regulariter in præjudicium tertii privilegium concedi non possit. *l.7.C. de precib.Imper.offerend.l.4. C. de emancip. lib. l.43. ff. de vulgar. & pupill. substit.* Unde nec contra publicam utilitatem immunitatem à muneribus patrimonialibus & realibus etiam privilegio concedi, nec rescripta Impp. ad hoc valere quidquam debere, ipsi Imperatores & JCti ingeminant. *l.7.C de annon.& tribut.l.19. C.de decur. l. ult. C. de divers.præd.urban.& rustic.l.10.de SS.Eccles.l.1.C.de indict.l.ult. §.24. ff.de munerib.* Ex certâ tamen scientiâ, motu proprio (qui quidem non omnem omninò semper excludit petitionem, sed eam saltem ut principalem causam finalem, unde dependeat concessio, si ex. gr. sic concedat Princeps immunitatem, ut etiam sine petitione eam concessurus esset, prout eleganter ex Bald. *in c.nisi. de offic.deleg.* docet Dn. Hahn.*in not.ad Wesenb.ff.de Constit.Princ.n.2.*) causâ cognitâ, quâ

 detri-

detrimentum illud certi alicujus municipii majori vel ipsius, vel totius Provinciæ & Reipubl. utilitate pensetur, Princeps immunitatem hanc, inprimis si nihil aliud inter Eum civitatemque hac de re conventum fuerit, alicui concedere jure potest, *arg. l. 3. §. 4. & versic. sed etsi à Principe ff. quod vi aut clam.* ibique Gothofr. *junct. l. 1. ff. de offic. prætor.* cùm pretium hoc quidem ob publicam utilitatem indicatur, non tamen illud summa & insolita Reipublicæ necessitas imperare faciat, à quâ secundum *l. 1. C. de indict. l. 11. C. de SS. Eccles.* nulla immunitas præstari possit. Bocer. *de collect. c. 11. n. 50.* aut præstita intelligatur. Gail. 2. *obs.* 52. *n.* 26. Mynsing. 4. *obs.* 70.

X X X I. An autem & hæredes immunis eâdem immunitate gaudeant, quæritur? Accuratè hîc inspiciendum, quid actum sit. Nam personæ datum privilegium, cum personâ extinguitur, *arg. l. 13. C. de excus. mun.* nec hæredi relinquitur. *l. 1. §. 1. de jur. immunit.* Myler. *de jur. Princip. & stat. Imper. c. 49.* In dubio etiam personale potius, quàm reale præsumitur, & cum sit contra jus civitatis receptum, quàm strictissimè accipiendum. *l. 1. §. fin. l. 5. §. 4. ff. de jur. immunit.* Gail. 2. *obs.* 1. *n.* 14. Myl. *de jur. Princip. & stat. Imper. c. 49.* Reale autem, cùm propter rem causamve detur, eamque concomitetur, durat, quamdiu res ipsa subsistit *l. 196. de R. J.* ibique Jacob. Gothofr. *l. 5. §. 1. ff. de censib.* Sic immunitas ita tributa, ut ad posteros transeat in perpetuum succedentibus durat. *l. 4. ff. de jur. immunit.* quin & generaliter locis aut ordini data, ita data censetur, ut & ad posteros transmittatur. *l. 4. §. 3. ff. de censib.* quæque ita ordini, ejusque honori inprimis data, nec liberis, nec viduis invidenda. *argum. l. 6. C. de Profess. & Medic.* Scheplitz *ad consuetud. Brandenburg. part. 3. tit. 8. §. 9. & 8.* (Hinc & viduæ Assessorum, cæterorumque Cameralium gaudent privilegiis & immunitatibus maritorum. *l. 8. de Senat. Ordin. Cam. p. 1. tit. 49.* Henr. Klock *de jur. vectig. th. 32.*) dummodo ex illorum personâ, facto, pactove non nova quædam obligatio aut jus contra immunitatem hanc, quâ gaudent ex personâ patris maritive, civitati quæsitum fuerit. *arg. l. 1. C. de privileg. schol.* Cothman. *Consil. Academ.* 15. Hahn *de jur. & jurisdict. municip. c. 76. n. 13.* ita autem liberis detur, ut & ante impetratam immunitatem natis prosit. *arg. l. 5. ff. de Senat.*

vid.

vid. Dn. Hahn. *ad Wes. d. t.* ubi id generaliter in quamvis dignitatem & utilitatem extendit, ut e. g. etiam tales dicantur filii opificis, Daß es Meister Kinder seyn/ die schon gebohren gewesen/ ehe dann der Vatter ist Meister geworden. Notandum etiam, quod in dubio, si nulla alia sit è contrario urgens præsumptio aut ratio impeditiva, reale præsumatur privilegium, quando per viam onerosi contractus indultum & acquisitum probatur, cùm contrahentes suis quoque hæredibus prospicere credantur. *l. 9. ff. de probat.* Tapia *ad rubr. & l. ult. ff. de Constit. Princip. p. 2. c. 9. n. 1.* Bocer. *de collect. c. 11. n. 56.* vid. *quæ de expressâ ac tacitâ privilegiorum iterpretatione notat* Myler. *de jur. Princip. & stat. Imper. c. 49.*

XXXII. Immunitas autem concessa circa pretium statutarium etiam ad augmentum ejus extenditur; cùm enim augmentum in se sequatur naturam principalis. *arg. l. 26. §. 2. ff. de pact. dotalib.* non admittendum, ut per indirectum, cùm directò nequeat, immunitati contraveniatur. Menoch *cons. 105. n. 8.* Henr. Klock. *de jur. vectig. tb. 41.* Idque inprimis, si augmentum illud non ex aliâ aliquâ causâ separatâ procedat, sed simpliciter idem pretium tantummodo auctum sit, *argumento eorum quæ latè differit* Viet. *de exempt. concl. 18.*

XXXIII. An autem successor Principis teneatur ad servandam eam ab Antecessore datam immunitatem? Resp. Cùm varia sit successoris in officio pro vario modo & jure succedendi obligatio, vid. *hæc accuratè & latè explicantem* Magnif. Dn. Tabor. *tract. singul. de obligatione successorum in officio.* distinguendum, aut succedit quis jure Antecessoris hæreditario, aut alio: si jure Antecessoris hæreditario, ejus etiam jure utetur, adeoque, nisi vel contractus vitio nullitatis laboret, vel immunitas ita concessa, ut & Antecessor revocare potuerit, probare acta ejus tenebitur. *arg. l. 14. C. de R. V.* Jacob. Ricc. *de unione prol. c. 7. n. 115.* idemque dicendum in feudo merè hæreditario, Gail. *2. observ. 154. n. 10. & seqq.* si alio, ut si Princeps summus succedat jure Electionis, aut ex lege aliquâ regni in dignitate & sceptro, vel dependens ex causâ particulari dotis, emptionis, ex feudo pactionato, ex simultaneâ investiturâ, jure administrationis, beneficii, &c.

causamque cùm non habeat ab Antecessore, aut saltem non ita, ut ejus repræsentet personam aut ad ejus acta præstanda teneatur, sed jure sibi magis proprio, vel à primo acquirente, vendente, donante, dotante, vel qui admisit simul investiri, aut demum ex concessione alterius, sicque non quâ successor teneatur, *arg.l.1.§.15 ff ad SCt. Trebellian.* ad immunitatem aut privilegium concessum servandum regulariter non obligabitur, Dn. Tabor.*d.tr c.4.n.3.* Dn.Hahn.*ad Wes.ff de Const. Princip.n.2.* Excip. (1) Nisi immunitas pro regiminis necessitate, utilitate & incremento ad usum scilicet Principatus concessa fuerit, Dn.Reink.*de Reg secul. & Eccles.lib.1.cl.3.c.10.n.42.* Syring.*de pac.relig.th.19.lit.B.* idemque dicendum, si ex contractu oneroso, pecuniâ in regni utilitatem conversâ, data sit. (2) Nisi filius in feudo quoque pactionato patri, cui simul hæres esse cogitur, succedat. *2. F. 51. §. filius.* quamvis communis opinio & restrictio Feudistarum hanc decisionem ferè eludat. (3) Nisi successor ex Legibus regni & Principatus, aut aliàs pacto privilegia Antecessoris data confirmarit. Dn Hahn.*d.l.*

XXXIV. Privilegium autem hoc immunitatis perditur, ut aliàs, actu contrario, *arg.l.4.C.de pact.int.empt.l 2. C.de jur. dom. c. 8.de constit.* eoque vel unico, si quis emigrans solvat pretium statutarium, nunquam remigraturus. Quid si in civitatem dein remigret, an ei immunitas denuò competat, quæritur? Resp. Licet aliàs ad abolitionem immunitatis, quæ actus successivos continet, plures requirantur. *arg.l.2.& l.3.C.de his qui sunt publ.mun.* demumque legitimo tempore contra privilegiatum, qui onus immunitati contrarium subierit, tantum præscribatur, *c.6.c.15.X.de privileg.* in his tamen, quæ actum momentaneum nec successivum habent, unicus actus sufficit, prout ex Bartol.*in l.ult.ff.de Constit.* notat Henr:Klock.*de vectigal.th.43.lit.A.* Bruning.*de jur.univers.thes.64.* adeoque cùm per emigrationem talem quis omninò desinat esse civis, per quam eam omne privilegium de ulterius emigrando, tanquam supervacuum pereat, non magis, quàm ipso jure semel extincta obligatio *l.83.§.5.ff.de V.O.* reviviscet, nisi de emigratione ipsâ, an ea in perpetuum facta fuerit,

nondum

nondum plenè conſtet, aut expreſsè aliter dictum vel conventum ſit, vel ſaltem probabiliter conjicere poſſis.

XXXV. Per abuſum quoque immunitas hæc à jure detractionis amittitur, puta res alienas animo defraudandi Rempublicam pretio illo ſtatutario pro ſuis transferendo. Colleg. Argentorat. *de public. th.* 12. ſuis enim privilegiis privandus, qui alienis derogat. *c.* 4. *X. de privileg.* & quod habet amittit, qui quod non accepit, uſurpat. *c. ſic decet.* 22. *cauſ.* 25. *q.* 2. Henric. Klock. *de jur. vectigal. th.* 43. Dn. Hahn. *ad Weſ. ff. de publ. n.* 6. vid. & Myler. *de jur. & poteſt. Princip. Imper. c.* 49. *ubi & alias amittendi privilegii cauſas adducit.*

XXXVI. An autem Princeps immunitatem ita conceſſam revocare queat, quæritur? De hac quæſtione vid. in genere Tapiam *ad Rubr. & l. ult ff. de Conſt. Princip.* Cæpollam *de ſervit. ruſtic. præd. c.* 3. *n.* 23. Quantum ad propoſitum attinet, not. (1) quòd ceſſante cauſâ privilegii & immunitatis, ceſſet & ipſum privilegium ac immunitas. *arg. l.* 5. *§.* 3 *ff. de jur. immunit. l.* 6. *§.* 14. *ff. de excuſat tut.* vid. latè Tiraquell. *tract. ceſſant. cauſ. p.* 1. *n.* 107. 117. *&* 210. Coll. Argent. *tit de public. th.* 12. Vietor. *de exempt. concluſ.* 38. Quamvis autem regula illa de ceſſandâ conceſſione à ceſſatione cauſæ ejus, regulariter accipiatur de cauſâ ipſâ finali, non ſolâ impulſivâ, & occaſione conceſſionis, nec hæc cum Principe illâ cauſâ confundenda aliàs ſit, *arg. l.* 2. *§. ult. ibique gloſſ ff. de don. l.* 1. *§.* 5. *ff. de poſtul. addit. gloſſ. l.* 13. *§. ult. ff. de donat. inter vir. l.* 32. *§.* 6. *ff. de uſufr. leg. c.* 7. *in fin. de vot. & vot. redempt c. tantum. cauſ.* 52. *q.* 7. Tiraquell. *d. tr. ceſſante cauſâ. limit.* 1. *n.* 1. Surholt *differt.* 1. *aphor.* 17. Hincque & in legibus noſtris, earumque adductis rationibus, diſtinguendum ſæpè ſit inter veram rationem decidendi, & occaſionem ſeu rationem, ut vocant, reſpondendi. *arg. §.* 2. *Inſt. de excuſat. tut.* & *l.* 18. *de excuſat. tut. quæ nunquam aliàs cum ratione d. §.* 2. *conciliari poſſet.* Ex ſolâ tamen cauſæ impulſivæ defectu, inprimis, ſi ab initio tempore impetrationis adſit, & ſi fortè aliàs absque illâ occaſione conceſſurus eam Princeps non ita facilè fuiſſet, in beneficialibus gratioſiſque conceſſionibus ceſſat ipſa conceſſio. *c.* 27. *de reſcript.* vid. Tiraquell. *tract. ceſſante cauſâ limit.* 1. *n.* 11. & *ſeqq.*

Not.

Not. (2) Conventionalia illa privilegia ac immunitates, quæ pecuniâ, benè meritis, aut alio titulo oneroso acquisita, cùm in naturam contractus transierint, quæ, si Princeps absque gravi causâ revocet, contra naturalem saltem æquitatem peccasse videtur; in concedentis arbitrio non sunt, *arg.l.5.C.de O.& A.* Myler. *de jur. Princip. & stat. Imper.c.49.* adeò, ut nec propter publicam utilitatem facilè, nisi præstetur æstimatio, revocari debeant. *arg. l.15.§.1.& 2.ff.de R.V.* Myler. *d.l.* Klock.*de jur.vectig.th.44.in fin.& th.45.* Quod si autem ad beneplacitum concedentis immunitas concessa sit, auff Wolgefallen/ nullâ etiam de causâ eam revocare Princeps potest, cùm beneplacitum nulli legi subjaceat. *l.11.§ 7,de legat.3.* Colleg.Argentorat.*de publ.th.12.* Nec enim Princeps alicui facit injuriam, dum id tollit, quod sine causa concessit. Myler. *de jur Princip.& stat Imper.c.49.* Gail.*2.obs.60.n.15.* Henr.Klock.*de jur vectig.th.44.* Bruning. *de jur univers.th.62.lit.B.* Opus autem tum est speciali revocatione, nec sufficit, quòd pretium hoc statutarium de novo generali aliquâ lege, vel ab omnibus exigatur, vel augeatur quoque; exempto enim sua adhuc durabit immunitas. *arg.l.3.ibi: non præjudicaturâ quacunque generali prægmaticâ.C.de silentiar.* Henr.Klock.*de jur.vectig.th.44.lit.A.*

XXXVII. Immunes ab hoc jure detractionis etiam illi sunt, qui antiquâ aliquâ consuetudine muniti sunt, ut si quis ordo, aut corpus civium ab hoc pretio exemptionem ab antiquo meruerit, *arg. l.2.pr.ff.de vacat.& excusat mun. l.4.§.fin.ff.de publ.& vectig. l.7.C.de excusf.muner. l.un.C.de aur.coron.* R.A.zu Speyer *de an.1542.* §. Und wiewol. Sicut enim privilegio à Principe concedi potest hæc immunitas, ita & longâ consuetudine, quæ vim privilegii habet. *arg.c.26.de V.S. l.2.ff.de aqu.& aqua pluv. l.3.§.4.ff.de aqu.quotid.& æstiv.* Bocer. *de collect.c.11.n.58.* Colleg. Argentorat *de public.th.6.* Quæ autem ad consuetudinem talem tum introducendam tum probandam requirantur, vid latissimè Schultes. *quæst.practic.76.77.& 78.* Quod ergò certo ita corpori consuetudo, idem privato cuivis præstabit præscriptio. Cùm enim consuetudo talis & jus detractionis licet à communi exorbitans præscriptione introduci possit, inque plerisque locis

intro-

introductum sit: quidni immunitas & libertas ea, quâ res redit ad primævam suam naturam, *arg.l.27.§.2.in fin de pact.* introduci possit? Cumque res, quæ sunt in patrimonio civitatis (alia enim ratio est rerum universitatis, quarum usus in civitate tantummodo communis est. *§.6.Inst.de R.D.l.6.§.1.ff.eod.* Bachov.*ad Wesenb.ff.eod.* vid. hæc latissimè explicantem Barth. Cæpoll. *de servit. rustic. præd c.3. n.22.& seqq.*) quadraginta annis præscribantur. *l.ult.C.de fund.patrimon.* utique etiam tanto tempore quis immunitatem merebit, jusque detractionis, quod civitas è bonis ejus qui emigravit, aut è bonis ad forense translatis prætendat, perimet. *arg.l.4.C.de 30.vel 40.annor. præscript. c.accedentibus.15. X. de privileg. & excess.privil.* Henr. Klock. *de jur. vectigal.th.37.lit.B.*

XXXVIII. Licet autem quis immunis planè sit à hoc onere detractionis, aut etiamsi immunis non sit, immunia tamen quædam bona habeat, regulariter nisi aliud consuetudo velit, quæ quàm maximè attendenda. *l.4.§ fin.ff.de publ.* profiteri & ea utique debet, *arg.l.fin.§.9. ibi: vel in solâ professione errâsset.ff.de public. & vectig.* Fraus enim aliàs fieri facilè posset, adeoque professio, quæ Republicæ prodest, nec immuni nocet, jure urgenda, ita tamen, ut, qui planè imunes sunt, quorum plerique vel eo fine, ne publicè facultates suas ostendere cogantur, hanc ambiêre immunitatem. *arg.l.2.vers. quid enim tam durum.C.quand.& quib.quart.pars.* in genere privilegium suum allegent, seque migrare, suaque aliò transferre constituisse dicant. vid. Henr. Klock *de jur.vect.th.88.lit.2.& th.84.lit.B.*

XXXIX. Debetur autem jus hoc detractionis regulariter Domino territorii, qui jus collectandi, cui hoc quàm proximè accedit, habet. Jus enim collectandi à superioritate dependet territoriali. R.A. zu Regensburg *de anno 1654.§.9.* & collectæ sunt symbola superioris & sublimioris dominii *c.2.X.de censib.* Frid. Mind. *de mandat.lib.2.c.45.n.5.* Wesenbec. *cons.27. n.20.& seqq.* latè Knipschild. *de jur. civit. lib. 2.c. 17.n.9.& seqq.* Nisi tamen in utroque jure aliud consuetudine, pacto, concessione Principis, aut præscriptione etiam obtineat. Clar. *§.fundum. quæst.29.* Unde nonnullis in locis Magi-

 stratui

ſtatui tantùm competit municipali, als dem Raht in Städten / nonnunquam utrique, da man dem Raht ſein gewiſſes zur Nachſteur / und der OberHerrſchafft auch ſonderlich AbzugGeld erlegen muß. Wehn. *obſ. pract. in voce* Nachſteur. *p.* 520. Schvvanm. *compend. jur. emigr. c.* 4. *n.* 8. Quemadmodum & aliàs generaliter in omnibus vectigalibus jure communi conſtitutum, ut exceptiis iis, quæ quocunque tempore ad ſacrum Principis patrimonium pertinuerunt, cætera diſpendiis civitatum atque ordinum, quæ pro publicis neceſſitatibus tolerare non deſinunt, relinquantur, duabus portionibus fiſco Principis reſervatis. *l. fin. C. de vectig.* Henr. Klock. *de jur. vectigal. th.* 68. *lit. A.*

X L. Fit autem detractio ordinariè ex ſtatuto de omnibus rebus tam mobilibus, quàm immobilibus, ex quibus fructus & quæſtus aliquis percipi poteſt. *argum. l. fin. C de immunit. nem. conced.* Boecr. *de collect. c.* 10. *n.* 1. Caſp. Klock. *de contribut. th* 19. cumque in ſtatutis non tantùm proprietas ſermonis *arg. l.* 69. *ff. de legat.* 3. *l.* 7. *§.* 2. *ff. de ſupell. leg.* Gail. 2. *obſ.* 80. *n.* 2. ſed & uſus communis loquendi *l.* 52. *§.* 4. *ff. de leg.* 3. quàm maximè attendi debeat. Dn. Hahn. *ad Weſenbec. ff. de fid. inſtrum. n.* 1. *p. m.* 90. bona hic intelligentur omnia, quatenus beant, beant autem, quæ proſunt. *l.* 49. *ff. de V. S.* Hinc & detractio admittetur in mercibus mercatorum *argum. l.* 7. *C. de excuſat. mun.* Venalia enim generali bonorum ſignificatione veniunt, prout *ex l.* 1. *§.* 4. *ff. de aur. argent. legat. & l.* 73. *§.* 4. *ff. de legat.* 3. *quæ contra ſentientes in devia deduxerunt*, eleganter oſtendit Pinell *pr. part. C. de bon. matern. n.* 38. *& ſeqq.* Dum enim in iſtis legibus ex particulari ratione non comprehenduntur venalia, regula eſt, aliàs comprehendi. Pinell. *dict. l.*

X L I. Nec tantùm de bonis mobilibus & immobilibus, ſed & de omnibus juribus & actionibus competentibus, quæ & bonis annumerantur *l.* 49. *de V. S. l.* 63. *§.* 1. *ff. ad L. Falcid. l.* 18. *§.* 23 *ff. de mun. & hon.* detractio hæc fieri debet. Licet enim jura & actiones diverſam conſtituant ſpeciem à mobilibus & immobilibus *arg. l.* 15. *§.* 2. *ff. de re judic. l.* 7. *§.* 4. *de pecul. l.* 2. *C. de quadr. præſcript.* Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 7. *n.* 9. Bachov. *tr. de act. diſp.* 3. *th.* 13. ſub generali

rali tamen bonorum appellatione veniunt. *l.30.§.1. ad SCtum Trebellian.* adeoque imperitos notarios, putantes plus contineri sub verbis mobilium & immobilium, quàm bonorum simpliciter, errare, ipsique sæpè superfluitate nocere, rectè ostendit Pinell. 1. *part. rubric. C. de bon. matern n. 24.*

XLII. Generaliter ergò & ulterius hinc inferendum, etiam emphyteutica & feudalia ita verè bona appellari, arg. *l. 10. ff. famil. ercisc. l. 7. ff. commun. divid.* cùm hoc sensu bonorum appellatione & superficiaria contineantur. *d. l. 49. de V. S.* ibique Gœdd. *num. 15* proque ais occupatis ab aliis actionem habeamus *l. 1. §. 1. ff. si ager vectig.* adeoque ea in bonis habere censeamur. *l. 52. ff. de* [illegible] *uir. rer. dom.* Quamvis enim aliquando, non obstante significatione vocabuli proprii, feudalia vel emphyteuticaria sub nomine bonorum non veniant ex ratione, quæ id suadeat, particulari, *arg. l. 6. ff. de pignor. l. 15. §. 26. ff. de* [illegible] *2. Feud. 26. §. in generali.* Pinell. *rubric. C. de bon. matern. p. 1. n. 18. & seqq.* Illa tamen in hoc nostro statuto ratio cessat, quippe quod solam commoditatem bonorum, quæ utique etiam quin in emphyteusi & feudo sit, negari non potest, respicit, bonaque naturaliter, quatenus possessorem beant, accipit. Sive ergò dominus emphyteuseos, sive emphyteuta emigrare intendat, utriusque jus ita æstimabitur, ut quid inde detrahi debeat, sciri possit. Sic nec ullam, quæ hanc feudalem commoditatem excipiat, rationem video, quin si v. g. servitia [illegible] definita fructus, qui ex feudo percipiantur, non exæquent, illi debitè æstimentur, *de quo infra*, quodque ita supersit, pro quotâ [illegible] detractionem patiatur (cùm & aliàs saltem in subsidium pro debito privato in fructus feudales, quamdiu vasallus scilicet, cui media pro præstandis servitiis feudalibus vel suppetunt, vel subministrantur, vivat, adeoque sic citra præjudicium & Domini & Agnatorum executio procedat judicialis. arg. *l. 40. ff. de re jud.* arg. *l. 4. C. de* [illegible] Gail. *1. obs. 17. n. 2. & seqq.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 10. n. 38.* Eademque detractio multò magis in servitutibus admittetur, quippe quæ, cùm non debeantur tantùm, sed & possideantur, in bonis utique sunt. *Arg. l. 52. de acquir. rer. dom. l. 8. ff. de reb. autor. jud.*

XLIII. An autem de hæreditate parentum liberi alibi degentes detractionem hanc pati, decimamque statutariam solvere teneantur, quæritur: veriorque videtur sententia, statutum utut generale limitandum esse in liberis, arg *text. notab. in l. un. C. de impon. lucrat. describ.* cùm & olim durante illâ vicesimâ hæreditatum liberi tamen à plerisque Imperatoribus ab hac exempti essent, quemadmodum apposite ad hanc rem disserit Plinius in *Panegyrico Trajani*: *Vigesima*, inquit, *illa pars hæreditatum tributum aliàs tolerabile & facile hæredibus duntaxat extraneis, sed domesticis grave, itaque illis irrogatum, his remissum, quod manifestum erat, quanto cum dolore laturi, vel potius non laturi homines essent, destringi aliquid & abradi bonis, quæ sanguine, gentilitate, sacrorum denique societate meruissent, quæque nunquam ut aliena & speranda, sed ut sua, semperque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent.* Si ergò statutum indefinitè de hæreditatibus & bonis loquatur, non exprimendo in specie bona aut hæreditates paternas, (nam si ita exprimat, aliud dicendum erit, arg *l. 3. C. quand & qu. b. quart. pars*) æquius est, ut liberi ea liberè & sine onere percipiant. Cùm enim unam eandemque personam cum defuncto repræsentare videantur, non tam hæreditatem, quàm liberam bonorum administrationem acquirere, sicque quodammodo suum accipere, *l. 11. ff de lib. & posth.* eamque potius retinere, quam acquirere arg. *d. l. unic. C. de impon. lucrat. describ.* censebuntur. Henr. Klock. *de jur. vect. n. 62. lit. A.* Idemque approbant Magnif. Dn. Mev. *ad jus Lubecens. p. 2. tit. 2. art. 4. n. 10.* Rauchb. latè *quæst. 15. n. 15. & seqq.* Berlich. *lib. 2. p. 3. conclus. 52. n. 23.* Myler. *de jur. Princip. & stat. Imper. c. 63.* Schvvanman. *compend. jur. emigr. c. 5. n. 9.* & latissimè Scheffer. *2. quæst. pract. 10. n. 1. & seqq.* Idem commiserationis causâ Rauchb. *d. l. n. 22.* Scheffer. *2. quæst. pract. 10. n. 8.* Schvvanm. *compend. jur. emigrat. c. 5. n. 12.* ad parentes liberis suis prædefunctis successuros producunt, arg. *d. l. un. C. de impon. lucrat.* hucque faciunt, quæ pro æquitate hujus etiam immunitatis Plinius ibidem; *Egregiè*, inquit, *Cæsar*, quod

quod lacrymas parentum vectigales esse non pateris: bona filii pater sine deminutione possideat, nec socium hæreditatis accipiat, qui non habet luctûs. Sicque utroque casu â Scabinis Lipsiensibus & Wittebergensibus pronunciatum refert Rauchb. *d.l.*

XLIV. An mulier viro alibi degenti nupta, tam in bonis dotalibus, quam receptitiis ac paraphernalibus detractionem hanc patietur? Resp. Licet *in l. ult. §. 3. ff. ad municip.* Impp. Antoninus & Verus rescripserint, *Mulierem, quamdiu nupta est, incolam ejus civitatis videri, cujus maritus ejus est, & ibi, unde originem trahit, non cogi ejus muneribus fungi*, adeoque & ab hoc munere & pretio statutario immunis videatur: putârim tam[en] *d.l ult.* loqui de munerum post initas ritè nuptias subeundorum immunitate, in quorum alias præjudicium nemo de Jure Civili originem mutare potest. *l.4. C de munic. & orig.* adeoque cùm mulier legitimè nupta suâ voluntate domicilium mutet. *arg. l. 32. ff. ad municip.* civitatem jus detractionis vigore statuti ipsâ mutatione domicilii sibi quæsitum contra eam in paraphernalibus & receptitiis urgere posse. Dotis autem cùm maximus sit favor, nisi aliud usu obtineat, eam *arg. l. un. vers. si verò vel socer. C. de impon. lucrat. donat.* (in verbis: *Nec enim juris optimi est, matrimonium cùm tot tantisque suis difficultatibus opprimatur, adventitiis etiam cumulare ponderibus*) huic detractioni eximendam esse. Id quod Constitutione Electorali Palatinâ *tit. 7.* ibi: Was zur Ehesteur ausser Landes gegeben wird / ist Abzugs und Nachsteur frey/ expresse sancitum. vid. etiam pro communi hac opinione latè differentem Berlich. *p. 3. conclus. 52. num. 61. & seqq.* Schvvanm. *compend. de jur. emigr. c. 3. n. 16.*

XLV. Quæritur item, an quis de bonis alibi sitis in civitate eâ, quam mutet, detractionem pati cogatur? Resp. Cùm deminutio illa ex statuto de omnibus bonis, quatenus beant, fieri debeat, dicendum videbatur, detrahi quotam statutariam etiam de omnibus bonis extra territorium sitis debere, eodem modo, quo aliàs cives &

 incolæ,

incolæ, secundum æs & libram collectandi, etiam de bonis extra territorium sitis collectas præstare in civitate, in quâ degunt, debent. arg. *l.6. §. ult. l. ult. §. 21. ff. de muner. & honor. l.17 §. 5. & 13. ff. ad municip. l.4. C. de incol.* R. A. zu Augsburg. *de anno* 1500. *tit.* Daß ein jeder nicht mehr dann der Erstgesessenen von allein seinem Gut/ wo es ligt/ steuren sol. R. A. zu Speyer *de anno* 1542. §. Dieweil aber etliche. R. A. *de anno* 1544. §. Damit aber solcher. Gail. 2. *observ.* 52. *n.* 13. Bocer. *de collect. c. 9. num.* 11. Goddæus *ad l.* 18. *axiom.* 3. *de V. S.* Casp Klock. *de contribut th.* 17. Knipschild. *de jur. civit. lib* 2. *c.* 17. *n.* 54. Quia tamen alia est ratio statuti à jure communi exorbitantis, quod strictissimam interpretationem admittit. *argum. c. 8. X. de consuetud.* adeoque non extenditur extra suum territorium. argum. *l. fin. ff. de jurisd.* Gail. 2. *observ.* 124. *n.* 4. *& seqq.* statutum hoc regulariter bona immobilia extra territorium, seu civitatem, è quâ emigratur, sita, non afficiet, nec ob ea in dubio tributum emigrationis præstandum, cùm & ratione eorum bonorum, quorum possessio domicilium non tribuit, *l.* 17. *§.* 13. ff. *ad mun.* id mutare quis non videatur, adeoque solâ domus aut possessionis causâ neminem alibi emigraturum muneri huic subjugari juris sinet autoritas. *l.* 4. *C. de incol.* vid. Rauchb. *qu.* 17. *n.* 10. Schvvanm. *compend. jur. emigr c.* 3. *n.* 24. Henr. Klock. *de jur. vectig. th.* 63. *lit. C.* Dn. Carpzov *Jurispr. forens. Sax. p.* 3. *Const.* 12. *def.* 12. quamvis jus detractionis, quod è bonis hæreditariis alicujus, licet alibi defuncti, detrahitur, quodq; rebus in advenas, forensesque transferendis indicitur, ab illo territorii Domino aut civitate, ubi res soli sitæ sunt, exigi possit, & debeat. arg. *l.* 4 *§.* 2 *ff de censib.* vid. Schult *quæst. pract.* 38. Sed & quod ad pretium emigrationis attinet, accuratè tamen tenor statuti inspici, indeque mens & ratio ejus colligi debet. Aut enim pretium hoc in odium migrationis, obque futuram vacationem pensitationum & functionum publicarum, velut ultima quædam, aut ob publicam protectionem, commoditatemque, quâ hactenus rebus suis in civitate vel acquirendis vel conservandis migraturus usus est, indicitur. Et cùm constet priori casu ad instar ultimæ collectæ esse, quod & ipsa vox Nachschoß/ Nachsteur/ esse ultimam tributi præstationem, indicat, prudentissimè monet Magnif. Dn. Mæv. *tract. ad jus*

Lubec.

Lubec p.2.tit.2.art.4.n.18. de omnibus iis bonis, de quibus ante collectæ præstita, cui & regulariter subjacent res immobiles extra territorium sitæ, munus hoc exsolvendum esse, idemque etiam vult Besold. *thesaur.pract.voce* Abschoß. Posteriori casu, cùm quoad illa bona tantum, quæ vel in civitatem illata, vel cum emigrante exportentur, eâ commoditate usus, & certè jam emigrare videatur, de iis quoque tantum, & quæ, ut *ex mox dicendis patebit,* per fictionem juris pro exportatis habeantur, non autem de immobilibus cæteris, quæ extra territorium sita sunt, detractio hæc admittenda erit. Hinc aliud dicendum in rebus mobilibus: nam illæ extra territorium etiam repositæ aut translatæ, non ut ibi perpetuò maneant, sed tantum ad tempus, minimè ejus loci patrimonio, quo translatæ sunt, sed ubi paterfamilias domicilium habet, annumerantur. *arg.l.35 §.3.ff.de hæred instit l.19.§.2. de judic.l.32 ff.de pignor.* cùm hoc omne ab ejus destinatione & voluntate dependeat. *l.39.§.2.ff.de aur.arg.leg.* Schultes.*pract.quæst.39.tot.* & propter mutationem domicilii ibi detractio facienda est. Rauchb. *quæst.17.n.3.* Berlich. *p.3.conclus.52.n.68.* Henr Klock. *de jur.vect. th.63 lit.C.* Schvvanman *comp.jur.emigr c.3.num.25.* Thom. *de nox. animal c.7.n.13.* Scheplitz. *ad consuet. Brandenburg.part.3.tit.8.§.6.* Idemque in reditibus annuis, juribus, & nominibus, quæ quis alibi habeat, affirmare licet, ut, cùm speciem bonorum à mobilibus & immobilibus separatam constituant, adeoque citra necessitatem ad immobilia non referantur: sed à creditore, cujus ossibus affixa sunt, pendeant; eorum nomine etiam in loco domicilii, quod mutatur, detractio facienda sit. *arg.l.3 pr.ff.pro soc.l.fin.versic.quid enim prodest.C.de long. temp præscr l.50 § 1.ff.de jud.* Rauchb. *d.l.n 1.* Berlich. *d.l.n.73.& seqq.* Henr.Klock. *de jur vectig.th.63.lit.C.* Schvvanm. *d.l.n.28.* Scheplitz. *ad consuetud Brandenburg.p.3 tit.8.§.22.* Scheffer. *2.quæst.pract.10.n.24.* Sed quid si quis nullibi adhuc domicilium elegerit, sed velut peregrinus alicubi moretur, & moriatur? De ejus hæreditate rebusque simpliciter omnibus secundum quemque locum, quo res deprehenditur, fit detractio. Cùm enim tum præsumptio illa juris, quâ res mobiles & nomina quoque paterfamilias ad domicilii sui locum, quem

hos

hoc casu nullum adhuc elegit, destinâsse. *arg. l. 35. §. 3. ff. de hered. instit. l. 50. pr. & §. 2. ff. de jud.* cesset: ibi quoque detractio fiet, ubi res etiam mobiles inveniuntur, aut debitor domicilium habet. *arg. l. 50. §. 2. ff. de judic.* Id quod expresse in Marchiâ Brandenburgensi constitutum, *Consuetud. Brandenburg. part. 3. tit. 8. §. 23. ubi vide explicantem hæc* Scheplitz. *d. l.*

XLVI. Sed cùm, *ut supra monitum*, detractio illa statutaria locum sæpè etiam habeat, re ad forenses translatâ, an ea ex quavis alienatione, aut contractu etiam ad dominium transferendum habili, ita debeatur, ut omnem excludat pœnitentiam, merito quæritur. Et puto accuratè inspicienda verba statuti, ut, si illud de alienatione loquatur, re adhuc ante traditionem, quâ demum propriè res alienatur, integrâ, citra metum exsolvendi pretii hujus statutarii, aut gabellæ, à contractu partes resilire possint. *l. 67. de V. S.* Tiraqu. *de retr. lignag. §. 1. gloss. 2. n. 43.* Quod si statutum non de alienatione, sed contractu ad eum habili, aut etiam in specie de emptione loquatur, distinguendúm ulterius: Aut emptio venditio nullitatis vitio laborat, nec de eâ, quasi nunquam facta fuisset, pretium hoc exigi potest. *arg. l. 2. C. de Eunuch.* aut eo caret, tumque vel est in fieri, sicque ob pactum de vendendo tale vectigal aut gabella, ut loquuntur, exigi nequit: in hisce enim quæ sunt statuti inprimis exorbitantis, strictissimè facienda interpretatio. Henr. Klock. *de jur. vectig. th. 65. lit. C.* maximè autem differunt pactum de vendendo & venditio, & quemadmodum sponsalia nuptiæque. Sutholt. *diss. 2. aph. 10.* ita si sub conditione facta sit venditio, pendente eâ nec detractio hæc statutaria debetur. *l. 48. l. 56. ff. de condict. indebit.* liberumque partibus citra metum ullius detractionis ab eâ discedere. *arg. l. 17. C. de fid. instrument.* Gutier. *de gabell. q. 8. n. 3.* vel emptio jam est perfecta, obtinetque jus detractionis, quamprimum de re & pretio inter partes convenit, etiamsi traditio necdum insecuta sit: cum jam essentialiter perfecta sit emptio. *pr. Inst. de empt. pr. Inst. de oblig. quæ ex consens. perfic.* & aliàs quoties statuta simplicem actum venditionis requirunt, traditio non exspectetur. Henr. Klock. *de jur. vectig. th. 65. lit. A.* Quod si emptio illa perfecta resc indatur,

datur, distinguendum, ut si per beneficium restitutionis in integrum, aut pactum additionis in diem, legisque Commissoriæ resolvatur, nullum vectigal aut pretium statutarium debeatur: cùm aut res omnis restituatur integra, aut contractus ipso jure annulletur, inque additione in diem & L. Commissoriâ pactum potestate juris resolvat venditionem, dominiumque rei ipso jure redeat ad dominum, arg. *l. 5. §. ult. ibi vindicari à venditrice. ff. de L. Commiss. l. 4. C. de pact. int. emt.* Bachov. *ad Treutl. v. 1. disp. 28. th. 9. lit. D.* Si autem beneficio *l. 2. C. de rescind. vend.* aut per aliam redhibitoriam seu revocatoriam, utique pretium illud debeatur. Non enim fit rescissio ipso jure, sed ope demum exceptionis, pactive, adeoque jus fisco semel quæsitum ita tolli nequit. Henr. Klock *de jur. vectig. th. 66.* Ex pacto tamen retrovenditionis aliove retractu, si sic resolvatur venditio, non denuo pretium hoc statutarium debetur: est enim hic retractus connexus & correspectivus cum priori contractu. Henr. Klock. *d. l. th. 95.* planè quemadmodum ordinariè, semel præstito vectigali, nemo ob rem eandem ad iteratam ejus solutionem cogi debet. Henr. Klock. *d. l. th. 75.* itidemque in fideicommisso, si à fiduciario hærede detractio sit facta statutaria, nihil à fideicommissario ampliùs petitur, cùm pro uno actu utriusque acquisitio, aut saltem hæc posterior priori quam maximè connexa & conjuncta reputetur, adeoque non nisi una gabella debeatur. Card. Tusc. *lit. G. conclus. 16. n. 1.* Berlich. *p. 3. conclus. 51. num. 56.* Knipschild *de jur. & privil. civit. lib. 1. c. 20. n. 23.* Unde aliud dicendum, si posterior actus aut contractus, licet sit de re eadem, priori connexus non sit, nec ab eo immediatè oriatur. Ut si ex intervallo de retrovendendo inter partes conveniat: duplex enim hæc est venditio, duplexque obtinebit detractio statutaria. Tiraquell. *de retraict. convent. §. 6. gloss. 2. num. 20.* Sic cui migranti ex statuto decima jam detracta statutaria, si tamen res soli quasdam in territorio civitatis, ubi civis esse desiit, vendat, nihilominus ad detractionem illam, quam ex statuto forenses venditores, qui nummos è territorio exportant, pati coguntur, tenebitur, ut, quod ex diversis obligationibus debeat, præstet, nec civitas lucro suo, quod ex diversâ causâ habeat, privetur. vid.

quæ ex Sixtin.*de regalib.l.2.c.14.n.162.* adducit Scheplitz *consuetud. Brandenburg.p.3.tit.8. §.17.* Ex his ergò ad cæteras dominii acquirendi & transferendi tum causas tum modos inferre facilè licet: nobis enim ea, quæ juri detractionis ob emigrationem imperatæ affinia videntur, hancque materiam attingunt, non tam pertractâsse, quàm velut indice digito attigisse hîc jam sufficiat.

XLVII. Hoc tamen saltem hîc quærere liceat, si ex statuto ob res forensibus venditas detractio hæc seu gabella obtineat, an emptor, an venditor eam præstare debeat? Et quod emptor hîc quotam statutariam, eò quod & vectigal rei emptorem sequatur. arg.*l.27. ff.de Ædilit. Edict.* præstare teneatur, asserunt Henr.Klock.*de vectig. th.67.lit.A.* Rauchb. *quæst.16.n.11. qui & arg.d.l.27.ex Dd.concludit, regulariter contractibus indictam gabellam præstari debere ab eo, qui rem ex contractu acquirit.* etiamsi quis rem à fisco Principis aut civitatis emat. *arg.l.9.§.ult.ff.de public.& vectig.* Bocer. *de collect. c.11.n.31.* Frid.M. *de mand.lib.2.c.42.n.24.* etiamsi item emptor hanc gabellam ignorârit, nisi dolosè venditor, cùm sciret, ignoranti, aliasque fortè non empturo reticuerit. *l.39.ff.de act.empt l.35.§.fin.ff. de contrah.empt.* secus si non consulto, sed propter dolum ex inadvertentiâ, *arg.l.14.§.9.ff.de Ædilit.Edict.* Ordinariè ergò & regulariter illam detractionem emptor præstabit, nisi fortè alia ratio statuti aliud suadeat, ut si ideò decima detrahatur, quod, si advena incolæ agros suos numerato vendat, ab eo pecunia extra territorium feratur, Weil alsdann der Verkäuffer/als ein Fremder/das Geld auß dem Lande träget/ ad pretium illud venditor potius in dubio tenebitur: sicque aliquoties observatum memini. Cùm enim hæc detractio seu gabella non simpliciter contractui dicta; sed in odium advenarum nummos è territorio exportantium introducta sit, malè hoc odio onereque peregrini venditoris, emptorem incolam prægravabis *contra l.74.de Reg.Jur.* Rauchb.1.*quæst.16.n.12.* Sic & si forensi cuipiam legata sit res quædam, legatarius non hæres detractionem hanc patietur. *arg.l.39.§.5. de legat.1.* Ut enim hæres ad præstandum legatum, sumptusque eos, sine quibus illud præstare nequit, tenetur. *d.l.39.in pr.* adeoque & ad

vectigal

vectigal præteritum, cujus ratione prædium tale tacitè obligatum, nec plenè præstitum legatum censetur. *l. 7. ff. de public. l. 1. C. in quib. caus. pign. tacit. l. 5. §. ult. ff. de cens.* ita è contrario ad onus novum è persona acquisituri legatarii non tenetur: sed legatarius illud æquè ac cætera onera à morte Testatoris, cùm ex eo statim tempore rei legatæ Dominus sit. *l. 64. ff. de furt.* debita subibit. *l. 28. ff. de usufr. legat.* Henr. Klock. *de vectig. th. 62. lit. B.* Rauchb. *qu. 16. tot.* Dn. Carpzov. *Jurispr. forens. p. 3. const. 38. defin. 20.*

XLVIII. Quid autem quantumve detrahi debeat, accuratè è tenore statuti ediscendum est. Statuta enim strictissimam recipiunt interpretationem. Hinc si v. gr. decimam bonorum partem detrahi velit, nec pretio redimi permittat, Wann es nicht zum zehenden vierdten oder dritten Pfenning angeschlagen wird/ bonorum quota præcisè debetur, nec numeratâ etiam pecuniâ commutari civitate invitâ potest. *arg. l. 2. C quand. & quib. quart. pars.* nisi fo[r]tè bona aliàs commodè dividi nequeant. *arg. §. 20. Inst. de act. l. 52. §. [...] famil. ercisc.* quamvis secus se habeat in vectigalibus, tum quòd ita constitutum *argum. l. 5. C. de vectigal.* tum quod usu ita observetur. Godden. *consil. 7. n. 4. & n. 17.* Dn. Hahn. *ad Wesenb. ff. de publ. n. 5.*

XLIX. Ubi autem vi statuti bona pretio æstimantur, valor inspiciendus est, non quo bona olim acquisita, sed qui tempore emigrationis erit. arg. *l. 28 ff. de novat.* Wehn. *observ voce* Nachsteur. Koppen. *decis. 5 n. 5. &* 10. Nam ut bonis ipsis sive auctis, sive deminutis, ita & valore eorum pretium hoc statutarium vel augetur, vel minuitur. *l. 2. C de alluv. l. 4. §. 1. ff. de muner. vel honorib. l. 4. §. 1. ff. de censib.* Bocer, *de collect. c. 12 n 4.* Et quidem de bonis ipsis & rebus corporalibus æstimatio, dummodo de tempore, ad quod facienda sit, constet, cuivis vero & perito rerum æstimatori per se patebit: de juribus autem & rebus incorporalibus major dubitatio esse posset. Distinguerem autem ita: Jura illa vel perpetua sunt, quæ ob id realia appellitârim, quòd rebus migraturi vel inhæreant, vel adhæreant; vel personalia sunt, cumque personâ ejus extinguuntur. Realia quæ sunt, vel certam eandemque annuam habent præstationem, (seyn lautter

ständige Renten und Gefälle) & regulariter talium redituum annuorum quinque corpora centum æstimantur. vid. Tiraquell. *de retr. lignag.* §.1.*gloss.*6.*n.*19. vel non habent eandem, ut in decimis, & aliquot annorum collatione demum discreto judicis arbitrio ad certum devenitur pretium. In personalibus æstimatio facienda secundum modum L. Falcidiæ ex notabili textu *l.* 68. *ff. ad L. Falcid.* eamque æstimationem in praxi etiam approbant Cardin. Tusc *lit.G.concl.*4. *n.*17. Berlich.*p.*3.*conclus.*52.*n.*40. Schvvanm.*de jur. emigr c.*3.*n.*3. quamvis computationem eam utriusque JCti Ulpiani & Macri *in d. l.* 68. in multis judiciis ignorantiâ judicum ab usu recessisse queratur. Thom. *de nox. animal.c.*9.*n.*10.

L. Sed si Reipubl. fidem emigrantis secutæ ex ejus bonis certa quædam species aut quantitas pro portione statutariâ assignata aut promissa, quæ dein vel nolit á debitore præstari, vel perierit, vel deteriorata fuerit, aliamque vel æstimationem, vel ob monetæ mutationem valorem nacta sit, quid præstari debeat, aut quæ ineunda sit æstimatio, nobilis, at difficilis est quæstionis, quamque in articulo illo, cujus temporis facienda sit æstimatio, ita intricatam dicit subtilissimus JCtus Bachov. *ad Treutl.v.*1.*disp.*20.*th.*13.*lit.A.* ut de eo penè sibi nondum liquere jurare velit. Non tamen hîc statim desperandum: quid enim tentasse nocebit veniam à Censore non iniquo, sicubi aqua hæreat, vel ex ipsâ materiæ difficultate non difficulter merituro? Totam hanc materiam ita distinguerem, ut aut de re ipsâ debitâ quæratur, aut de rei debitæ æstimatione. Quando de re ipsâ debitâ citra aliquam æstimationem faciendam agitur, vel de eo, quid, quale, quantumve debeatur, eò quod hæc tempore contractûs & petitionis differant, controvertitur: inspiciturque tempus contractûs, ut illud, quod tum actum sit, debeatur. *l.*7.*ff. de aur. argent. leg.l.*41.§.4.*de leg.*3. vel de eo certò constat, nec dubium amplius habet, quin hoc utroque casu, si quantitas sit, quæ perire nequeat, *arg.l.*11.*C.si cert. pet.l.*1.§.4.*ff.de O. & A.* §.2.*Inst.quib.mod.re.* cùm functionem in suo genere admittat, indefinitè; si species debita sit, non aliter, quám si extet, aut dolo, culpâ, seu morâ debitoris perierit, præstanda sit. Si enim species debita desierit

fierit esse citra dolum culpam & moram debitoris, liberatur ille. *l.23. de V.O.l.19.de dol.* (quamvis quod de morâ dicitur *ex l. 40.ff. de hered pet.l.14.§ 1.depos.l.47.§.ult. de leg.1.l.15.§.ult de rei vind.* subdistinctionem recipiat. vid. Bachov. *ad Treutl. v.1. disp.15.th. 7. lit. B. & latius v.2.disp.3,th.8.lit. A. & B.*) Iisque casibus, ubi vel species corpusve, eo quo debetur modo extat, vel quantitas certam, minimeve controversam habet æstimationem, illa ipsa species, ut & in eodem genere & qualitate tanta quantitas, nec aliud pro alio civitati ab eo, qui emigravit, præstari debet. *l. 2.§. 1.l. 3.ff. de reb. credit.* Dn. Hahn. *ad Wesenb ff. de reb. credit. n.12.p.m.*477. Sed quia res licet extans dolo contumaciâve debitoris vel planè non, vel ejusdem dolo, culpâ, morâve deteriorata, aut saltem non eo, quo debebatur, modo præstatur, vel denique ita esse desiit: hinc necessariò ad æstimationem, quæ rei vice fungitur, recurrendum. Fit autem illa æstimatio à judice, vel mediatè, interveniente scilicet partis juramento in litem, vel immediatè solâ judicis cognitione. De illâ judicis æstimatione, quæ fit mediante juramento in litem, si quæratur, distingu. Si corpus aliquod seu species debeatur extetque, reo, cum possit, restituere nolente, tumque actione aliquâ in rem, aut ad exhibendum, aut bonæ fidei, adeoque tali, quâ in litem juretur. *l. 5.pr.ff. de in litem jurand.* agatur, secundum jus nostrum civile arbitrium de restituendo præcedit, cui si non pareatur, regulariter juratur in litem *l.8.ff. de in lit. jurand. l ult. ff. de fidejuss.* ut tamen plerumque propter singularem affectionem & utilitatem, actore id urgente, res præcisè restituenda sit, aut manu militari auferatur, *l. 68. de R.V* Bachov. *tract. de act. disp.7.th.13.* In stricti juris judiciis re extante non juratur in litem *l.6.ff. de in lit jur.* sed ad rem præcisè tradendam, regulariter debitor condemnatur. Bachov. *d. l.* Quod si species debita non amplius extet, aut præstari nequeat, idque ob debitoris dolum, & quæ ei *ex l. 2. C. de in lit. jur.* æquiparatur, latam culpam, in actionibus in rem, ad exhibendum & bonæ fidei secundum *l. 5.ff. de in lit. jur.* juratur contra reum, quanti actor interesse suum æstimaverit, *l. 68. ff. de R. V.* cum hâc tamen notabili differentiâ, ut contra eum, qui dolo possidere desiit, absque prævià taxatione juramentum

mentum in infinitum præstetur *l.68.de R.V.* contra eum autem, qui rem extantem contumaciter restituere nolit, cùm & planè judex ex causa non deferre juramentum; sed rem militari manu auferre possit *d.l.68.* præviâ plerumque, si ita judici videatur, taxatione juretur. *l.4.§.2.l.5.§.1 ff de in lit.jur.* Colleg. Argent. *tit. de in lit.jur. th 7.* Mejer. Ενδεξ *Justin decad.3.n.6.* Quamvis quod ita utroque casu ab actore juramento æstimatum, judex, prout debitoris malitia & iniquitas vel major vel minor videtur, vel facilius *l.5.§.2.ff. de in lit jur.* vel gravi demum de causa *l.4.§.3.ff eod.* minuere aut non sequi possit. Quod si non ob dolum sed culpam res esse desierit, æstimatio non fiet per juramentum actoris in litem, sed ipse judex æstimabit, quanti res erit, actorisque re verâ interfuit. *d l.68.de R.V.l.5.§.3.de in lit jur.* Idem dicendum etiam in stricti juris judiciis, sive res dolo debitoris, sive culpâ ejus esse desierit, cum in iis non juretur in litem. *l.6 ff. de in lit jur.* ut & si non corpus & certa species, sed quantitas, in quam ea facilè non potest cadere affectio, debeatur, locus non est juramento in litem. *l.3.ff.de in lit.jur.* sed judex hîc quid revera actoris interfuit, æstimabit, *de quo in subsequentibus.* Quamvis extra ordinem tamen tam in stricti juris judiciis, quam etiam bonæ fidei & arbitrariis actionibus, quin & in quantitate ratione ejus, quod interfuit, si res deperdita & extincta, ejusque bonitas ac interesse sciri & æstimari à judice nequeat, æstimatio interdum necessariò facienda sit juramento actoris. *l.5.§.ult. & l.3.ff.de in lit.jurand.* quod tamen extraordinarium, nec affectionis, sed veritatis est. Bachov. *ad Treutl.v.1.disp.20.th.13.lit.B.inf.* Colleg. Argent. *tit. de in lit.jur.th.7.* Quod si ergò immediatè à judice absque jurejurando in litem æstimatio facienda sit, distinguendum rursus. Aut enim species quantitasve debita pretio nondum æstimata est, sicque agitur de ipsâ speciei & quantitatis æstimatione, aut pretio jam quidem æstimata est, sed ita, ut variato pretii valore, quis valor attendi debeat, quæratur. Priori casu, quando speciei vel quantitatis debitæ æstimatio fieri debet, vel debitoris redarguitur mora verè frustratoria, sitque æstimatio rei debitæ ex tempore moræ generaliter καὶ ἐν πλάτει, ut loquitur *l.3.ff.de condict.triticar.* adeò, ut si durante morâ

unquam

unquam æſtimatio creverit, ejus quoque ratio habenda ſit. *l.37.§.1.ff. mandat.l.3 § 3.& 4.ff.de act.empt.l.12.ff.ſi quis caut judic.ſiſt.l.8.§.1.de cond.furt.* ſicque & ſi poſt rem judicatam æſtimatio augeatur, cùm ſufficiat ſemel moram interveniſſe, ut perpetuò duret. *arg.l.87.§.1.de leg.2.arg l.16.ff.de except.rei jud.l.3.pr.ff.de uſur.* Kohl. *exercit.* 17.*tot.* non tamen ultra ſpeciei debitæ naturalem & ab omni debitoris culpâ liberum interitum. *l.3.ff.de condict.tritic.* Kohl.*exercit.*16. vel nulla debitori poteſt imputari mora, aut ſaltem non ea, quæ verè fruſtratoria ſit, ut ſi juſtâ quâdam litigandi cauſa judicium accipiat, aut accipere paratus ſit, quæ non tam fruſtrationis, quàm dilationis mora dicitur, Bach.*ad Treut..v.2.Diſp.3.th.8 lit.A.& B. argum.l.24.ff.de uſur.& fruct.l.40.ff.de hæredit.petit.* Et tum, ſi de certo loco & tempore, quo ſpecies quantitasque præſtari debuit, dictum ſit, conſtetve, ſecundum illud tempus aut locum æſtimatio facienda, *l.fin.ff.de reb.credit.l.22. in fin.ff de reb.credit* ſive expreſsè de certo tempore aut loco, purè aut ſub conditione quâdam, conditione ſcilicet aut die exiſtente, dictum actumque ſit, *l.59.de V.O l.22.ff.de O.& A.* ſive tacitè de eo ex contractu altero prævio colligatur. *l.37.pr.ff.mandat.l.28.ff.de novat.* tale enim quidque debetur, quale aut in obligationem eſt deductum, aut ex ipſius contractus, ex quo agitur, naturâ eſſe conſtat. Sic legati debiti æſtimatio ſumitur à die mortis teſtatoris. *l.28.ff.de inſtruct.vel inſtruct.legat.* niſi ex aliis indiciis alia mens teſtatoris appareat. *l.7.ff. de aur.argent.leg.l.41.§.4 ff.de legat.3.* Si de tempore autem aut loco non conſtet, ſecundum tempus locumque, quibus petatur, facienda æſtimatio. *l.fin.ff.de condict tritic.l.22.ff.de reb.credit.* & quidem in ſtricti juris judiciis, quanti litis conteſtatæ, in bonæ fidei autem quanti rei judicandæ res fuerit *l.3.§.2.ff.commodat.arg l.39.ff.mandat.* idque tempus in ſtricti juris judiciis ſtrictè, in bonæ fidei autem largè, & ut loquitur *l.3.ff de condict.tritic.* ἐν πλάτει, ut ſi rei judicandæ tempore res plurimi fuerit, accipiendum. Ubi autem de re ipſâ ejusque æſtimatione ſatis conſtat, de pretio verò æſtimationis, ejusque valore mutato controverſia ſit, diſtinguendum regulariter ita, ut, ſi valor mutatus ſit propter bonitatem intrinſecam monetæ, ratione materiæ & ponderis,

ponderis, wegen ungleichen Schrott und Korns/ oder Gehalts und Gewicht/ (eò quod novi nummi nequiores & ærosiores cudantur, qui quidem nomine & valore antiquioribus illis comparari videantur, materiâ tamen & pondere longè cedant) spectetur tempus contractus, adeò ut emigraturus novis illis nummis, nisi quot respondeant non valori tantum, sed & bonitati antiquiorum tempore contractus, solvere rectè nequeat: cùm id, de quo convenit, solvendum sit eâ bonitate, quæ fuit tempore contractus, *arg.l.3.* ff. *de reb.cred. arg.l.* 1. *C. de veter. nummism potest. arg.c.olim causam.X ne censib.* Si verò bonitate intrinsecâ nummorum salvâ, eâdemque manente minutâ monetâ valor nudus creverit aut decreverit, inspicitur tempus solutionis, adeoque crescente valore, qui v. gr. propter emigrationem quantitatem seu summam 100. thalerorum debebat, si illi in alterum tantum excreverint, ut fit in Muscoviâ, signo illis â summo Principe imposito, rectè 50. solvit, decrescente autem, damnum est ejus, qui emigravit, qui, si nummis istis, quorum valor decrevit, solvere velit, illud quod deest, addere cogitur. *arg.l.2. C.de veteris numism potest. quàm l. eruditissimè ut omnia explicat* Jacob. Gothofr. *sing.tract.* Frider. Mindan. *de mandat.lib.2.c.36.n.22.in fin.* Dn. Reinking. *in tract. de retract. consanguin. quæst 6.n.*291. ubi testatur, ita in Consilio Imperii Aulico pronunciatum. Sutholt. *diss.*13.*aph* 22. Bachov. *ad Treutl.v.*1 *disp* 20 *th.* 12. *lit. A.B.C.* Utroque enim casu quod promissum erat tempore emigrationis ex lege contractus præstatur, & secundum valorem, qui est tempore solutionis nec minus, nec plus solvitur. Nam licet, si creverit valor, minus præstari videatur, illud tamen quod minus est, cùm pretia rerum aliarum, quin & cæteri nummi in eodem statu maneant, (quod ubi bonitas intrinseca planè mutatur, non fit) publicâ lege & imposititio valore compensatur, sicque re verâ civitatis damnum nullum est; decrescente autem valore, quod ab emigraturo nummis depreciatis additur, plus quidem materiâ, non tamen secundum formam publicam videtur, adeoque licet plures nummos, non tamen plus exsolvit. Tantum enim seu per publicam legem, seu tacitè per mores imposito valore nummis detractum, ut nisi addatur supplementum, minus,

nus, si addatur, id demum quod promissum erat, ab emigraturo præstari censeatur. vid. Dn. Hahn *ad Wes. ff. de reb. cred. n. 12. ubi, quod de mutatione monetæ diximus aliquot Facultatis Juliæ responsis confirmat* Andr. Kohl. *qui totam hanc materiam ab exercit.* 10. *usque ad* 19. *inclusivè solidissimè pertractat.*

L I. Quod si pretium hoc emigrationis de omnibus migraturi bonis indicatur, cùm bona demum deducto ære alieno intelligantur. *l.* 39. *§.* 1. *de V. S.* illa quæ ita supersunt, æstimabuntur, ac sola detractionem patientur: quemadmodum nec prædia sterilia, nec incerta etiam nomina in æstimationem venient. *arg. l.* 63 *§.* 1. *ff. ad L. Falcid. arg. l.* 49. *ff. de V. S.* quamvis ea tamen pro parte civitati cedi possint & debeant. *arg. l.* 88. *§.* 8 *ff. de legat.*

L I I. Ut autem de corpore & massâ bonorum constet, inventarium inde, & publica bonorum designatio institui solet. Quemadmodum enim, ut aliàs sciri possit, quæ subditis collectæ imponi debeant, vires patrimonii explorantur, conficiturque liber censualis, quem vulgò æstimum aut catastrum appellant, ein Saal-Buch/ Steur-Register / eoque nomine certi constituuntur Censitores, qui secundum modum *l.* 4. *pr.* & *§.* 1. *ff. de censib.* bona in censum redigant, ut & si qui se nimium gravatos conquerantur, de inæqualitute corrigenda certi constituuntur peræquatores. *tot. tit. C. de censib. censitor. & peræquat. ibique* Cujac. Ita sanè non minus hîc vigilandum. Casp. Klock *de contrib.* vid. Knipschild. *de jurib. civit. lib.* 2. *c.* 17 *n.* 81. *& seqq.* quamvis & multis in locis hoc statuto emigraturis datum sit, ut eorum juramento credatur, ita tamen, ut, si æstimatio illa aut possessio iniquum aliquid redolere videatur, aut bona minoris, quam communis fert valor, æstimata inveniantur, fisco vel civitati jus sit æstimationem offerendi: Daß alsdann die Stadt solchen Anschlag erlegen/ und denselben/ der sein Vermögen also geschätzet/ also müge außlösen: ut ex Sichard. *p.* 4. *cons.* 5. *in pr. notat* Wehn. *obs. pract. voce* Nachsteur.

L I I I. Quota autem illla statutaria, seu pretium emigrationis statim, id est, simul ac quis jam re ipsa & facto aliquo animum suum emigrandi ostendere cœpit, debetur, adeò ut ex eo in morâ sol-

 vendi

vendi sit. *arg.l.17.§.5 l.43 ff. de usur.* Hinc si quædam res etiam citra culpam pereat, modò fortè non eodem modo apud civitatem peritura fuisset, & illa in æstimationem veniet. *arg l.47.§ fin.ff. de legat.1.* Quod si pretium illud emigrationis aut detractionis non præstetur, variis Domino territorii aut civitati succurritur mediis. Aut enim de jure hoc civitati competente, ut & de quantitate pretii certò constat, potestque Magistratus manum in res & personam emigraturi citra periculum decernendorum in Camerâ mandatorum tutô injicere. R. A. zu Regensburg *de anno* 1594. §. Und so viel die ungleiche Meinung. Gail *de arrest.c.ult.n.12.* inobœdientes item custodiâ continere, non tamen noxiorum hominum carcere detinere. *l.2. C. de exact.trib.* pecuniariâ item mulctâ eò adigere, ut & pignorum captione & distractione. *d.l.2.l.1. & 2.C de cap. & distrab pign.trib.* cùm enim pro publicis pensitationibus & muneribus prædia subditorum tacitè obligata sint, *arg.l.1.C in quib caus tacit pign l.7.ff. de public. & vectig.* possunt & illa ita distrahi. *l.1.l.2.C si propt.public pensit.l.5.§ ult.ff. de censib.* Idemque dicendum de bonis, quæ in forenses transferri cum onere annexo detractionis debent, ut quidem ipsi advenæ possessores custodiæ tradi non debeant, *arg.d.l.7.ff de publ & vectig.* bona autem detineri, fructusque citra omne pignorationis periculum sequestrari possint. R. A. zu Regensburg *de anno* 1594. §. Also auch. Becht. *de secur. & salv.cond, c.4.n.85.* Gail.2.*obs.52.n.20.* Frid.Mindan. *de process lib.1.c.36.n.13.* Aut controvertitur sive de jure, sive de quotâ detractionis, tum inter subditos, forenses & Magistratum, tum inter Condominos territorii, & agi potest vel petitorio, actione hypothecariâ, utilique confessoriâ & negatoriâ, vel possessorio judicio, utili interdicto uti possidetis, unde vi, locupletioribusque aliis ex Jure Canonico tum retinendæ tum recuperandæ possessionis remediis. vid. Bocer. *de collect c.13.tot.* Ming. *de superior.territ inf.* latiss. Menoch. *de adip. & recup.poss remed.*

L I V. Adeò autem debetur detractio illa ex statuto debita, ut & in quibusdam locis bona non professa cadant in commissum, quod nec civitatibus, quæ jure fisci gaudent, si hoc jus ita illic obtineat, denegandum. Quamvis enim ob non rectè solutas contributiones, ac bona in censum relata non æquè, ut in defraudato vectigali. *t.t. C. de*

vectig-

vectig. & commiss. ullibi in jure pœna commissi statuta sit, sed detecti defraudator competenti indignationi Principis subjiciatur. *l.2. C. de censib.* ac censualibus vinculis teneatur. *l.4. §.8. ff. eod.* secus tamen habebit, ubi aliter usu obtineat, aut statutum in civitate fuerit. Hen. Klock *de jur vectig. th.87.* Knipschild. *de jur. civit. lib.2. c.17. n.106. & seqq.* Ubi ergò rei alicujus munificæ omissa professio vi statuti pœnam commissi inducit, an idem de re & personâ immuni dicemus? Resp. Si manifestè de immunitate constet, eaque liquò probari possit, locus non erit pœnæ commissi, secus autem, si de eâ non ita constet. *l. fin. §.3. ff. de publ. & vectig.* explicandâ ex *l.203. de V. S.* Bartol. *ad d. l. fin.* & quos latè allegat Henr. Klock. *de jur. vectig. 88. lit. B.* Quamvis & rursus ita subdistingui tamen possit, ut si dolosè hìc actum non sit, sed solâ professione erratum, pœna commissi locum non habeat, sed minori indulgeatur. *l. fin. §. 9. ff. de public.* à majorenne autem duplum vectigal exigatur. *d. l. fin. §.5. & 10. eod.* Gail. *2. obs.48. n.27.* Colleg. Argentorat. *de publ. & vectig. th. 13.* Sed & hìc elegans succurrit quæstio, an, si quis quædam tantum bona, cùm omnia sint munifica, aut cùm quædam manifestè sint immunia, nulla profiteatur, omnia amittat? Disting. Aut sunt bona quædam talia, quæ licitè aliàs transferri, exportari & importari possunt, quamvis obnoxia certo juri detractionis, & sola non professa in commissum cadunt. *l.4. §.1. ff. de publ.* Frid. Mindan. *de mandat. lib 2. c.42. n.24.* aut quæ exportari per prohibitionem legis etiam cum detractione quotæ statutariæ nequeant, & si Dominus conscius ea illicita & ob id improfessa, cæteris suis aut professis, aut immunibus junxerit, omnia simul perdet, non autem, si eo inscio eo ita juncta fuerint, *l.11. §.2. ff. de publ.* Idemque dicendum si bonis tertii alicujus domini vel conscii vel inscii ita juncta fuerint, adeò ut secundum superius datam distinctionem navis, currus, jumentaque, quibus hæc junctim exportentur, vel fisco vindicentur, vel dominis serventur. *d. l.11. §.2.* Henr. Klock. *de jur. vectig. th.90. lit. B.* *Et hæc quidem de detractione, cui emigratio ex statuto obnoxia plerumque est, quamque ea veluti pro formâ & necessario requisito exigit, dixisse jam sufficiat.*

L V. Requiritur item ad emigrationem, ut fiat in tempore, & re adhuc integrâ. Nam nisi quis abitum maturet, incola, publicis destinatus muneribus, incolatui non nisi perfecto munere renunciare potest. *l.34.ff. ad municip.* adeò ut hactenus dum munere indicto functus fuerit, bona & persona prehendi & impediri licitè queant. Gail.*de arrest.c.9.n* 21. Bocer. *de collect.c.13.n.8.* nec cessione etiam bonorum à muneribus illis subeundis se liberare regulariter queat. *l.5. C.qui bon.ced.* Idemque dicendum in jurisdictione quoque Judicis aut Magistratus. Nam mutatio domicilii non perimit instantiam coram judice domicilii cœptam, sed judicium ibi finiri debet, ubi cœptum est. *l.30.ff.de judic.l.19.ff.de jurisdict.c.19.X.de for.compet.* Unde & Manz.*in decis.Palat.Neoburg quæst.*18.*num.*21. concludit, eum, contra quem jam porrectus sit libellus, si migrare tentet, præsumi ad eludendam prioris Magistratus jurisdictionem emigrare velle.

L V I. Requiritur etiam, ut fiat absque emigraturi dolo, conjuncto cum Reipubl. detrimento. Ut enim qui sumptus hospitationis militaris evitantes, quos ferre poterant, ex oppidis aut pagis aufugiunt, aliis, qui ibi remanent, solis onera illa sufferentibus, item, qui propter injustam professionem bonorum, vel mentitam aliquam immunitatem ac exemptionem, vel nullas vel minores collectas exsolvunt, retribuere illis, qui solverunt, & ita universitatem tanquam jactu fortunarum suarum conservárunt, ad exemplum L.Rhodiæ tenentur, eosque eô adigere potest Respubl. *arg l.1.& 2.ad L.Rhod.* Dn.Hahn. *ad Wesenb.de L.Rhod.de jact.n.*1. ubi allegat Consil.Marpurg. *quæst.3. n.*322, 340. *& seqq.* Dn.Mæv.*ad jus Lubec.tit.2.art.2.n.*71. ita multo magis impedire potest, ne eo tempore, quo ex. gr. collectæ propter onera & debita Reipubl. contracta, brevi exigendæ sint, civis Remp. deserat. Grot.*de J.B.& P.lib.2.c.9 n.*14. Cùm nec in fraudem etiam civilium numerum liceat alicui militiæ nomen dare. *l.2.C.qui militar. poss.l 4.§.fin.ff.de mun.& honor.* Myler.*de Princip.& stat jur.c.*16.

L V I I. Quin etsi dolus emigraturi absit, si tamen Reip. hic intersit, vel prius & tempestivius civitati renunciatum fuisse, vel non eô, quô tendat, civem admittere, nec hæc permittetur emigratio. Quemadmodum n. aliàs casibus, quibus quis licitè renunciare obliga-

tionis

tioni poteſt, tempeſtive renunciandum eſt, non cùm alterius jam terſit, cumque ejus injuriâ, ut in cauſâ mandati. *l.27.§.2.ff.mandat* ut feudi refutatione. Weſenb.*de feud.c.*11.*n.*11. Vult. *de feud.lib.*1.*c num.*76. Ita etiam tempore, quo Reipublicæ, cui bellum fortè fidu multitudinis ſuſceptum aut obſidio inſtet, quenquam ſuorum ci um dimittere admodum grave accidat & incommodum, eam civis deſerere non poteſt, nec jus migrationis urgere. Idemque magis dici dum, ſi tutò & ſine periculo à civitate vel obſeſsâ, vel bellis infeſt civis ob metum vel proditionis fraudulentæ, vel extorquendorum tiam ab invito ſecretorum dimitti nequeat. Demum & illud not dum, civem, qui ut aliò migret, prohiberi non poſſit, in locum tam civitati, quam mutat, periculoſum & hoſtilem migrare non debe *arg.l.*31.*ff.ad municip.* Hæc enim ſaltem priſtinæ protectioni de tur reverentia, planè quemadmodum vaſallus, qui Domino feud refutavit, ei quidem amplius ad ſervitia non tenetur, non tamen e offendere debet. *c.unic.in fin.de vaſall.qui contr conſt.Loth.*2.*Feud.*

LVIII. Effectus emigrationis pro loci diverſitate diver Nam cùm locum originis de Jure Civili Juſtinianeo non mutet ad- ſumptio originis alienæ, ſive ſit errore facta, ſive mendacio. *l.6.pr.* §.10. *ff ad municip.* nec ſimilitudo nominis. *l ult.§.*5 *eod.* nec mu ti domicilii & incolatus occaſio, licet quis hâc de re Imperatori pre dare, vel aliâ fraude uti tentaverit. *l.*4.*l.ult.C.de municip.& orig.* hinc mutatio & renunciatio civitatis originario vacationem & immuni- tatem à muneribus minimè præſtabit; ſed & in loco originis & do- micilii ad omnia tenebitur. *l.29.ff. ad munic. l.ult.C de munic.& orig.* Contra autem loco domicilii cùm quis plene renunciare queat, eo i- pſo, quando tempeſtivè debitoque modo aliò concedit, incola ibi eſſe deſinit, muneribusque ejus civitatis, à quâ recedit, eximitur. *l.*20.*ff. ad municip.l.*1.*C.de incol.*

LIX. Quàmvis aliter ſe nunc habeat conſuetudo ubique, & præſertim generalis in Germaniâ. Nam civis originarius renunci- ans civitati, alioque domicilium transferens, æquè ut incola, civis eſſe deſinit, adeoque ut privilegia & jura civitatis amittit, à quâ perpetuâ ſe ſeparavit conſuetudine; ita & muneribus eximitur. Gail. 2.*obſ.*36. *num.*7.

*num.*7. Coll. Argent. *tit. ad munic. th* 9. *in fin.* ubi allegat Bald. *in l.* 2. *C. de infant expos.* Matth. de Afflict. *dec.* 384. Myler *de jurib. Princip. & stat. Imper c.* 38. Dn. Hahn. *ad Wes. ff. de judic. n.* 16. *ibi*: *Olim licet quis desereret locum nativitatis, non tamen tollebatur forum naturale: Hodiè verò effectus domicilii originis per mutationem ejusmodi planè adimuntur.* & idem Dn. Hahn *ad Wes. ff. ad municip.* *Jus civitatis*, inquit, *quod ex origine nascitur, Jure Civili immutabile est, unde licet quis se aliò conferat, tamen in loco originis manet obligatus quoad munera, particeps quoque nihilominus honorum & privilegiorum civitatis, & sub ejus jurisdictione est.* *l.* 6. *l.* 29. *ff. ad municip. l.* 4. *C. de municip. & orig.* *Hodie v. hæc omnia cum domicilii mutatione immutantur ex generali Germaniæ consuetudine.* Gail. *d. l.* *Manetq; tantum reverentia origini jure naturali debita.* Quod ergò originario, qui in civitate patriâ animo non recedendi domicilium verè constituit, ut non tantum non adstringatur ad permanendum in civitate, sed translatione domicilii desinat esse planè civis in loco originis, concessum per mores hodiernos, ei utique magis, qui nondum unquam in eâ ita moratus fuit, competet, ut abesse, & abstinere saltem à jure patriæ civitatis in posterum possit, adeoque sola originis & patriæ ratio hodie neminem ad munera subeunda coget: Cùm de consuetudine communi Germaniæ generaliter liceat, ut loquitur Daniel Otto *de jur. publ. c.* 19. patriam patriâ (*sc. quæ talis, quod alicui melius ibi sit, dici mereatur*) civitatemque civitate mutare, *arg. Aur. Bull. c.* 16. R. A. zu Augsburg *de anno* 1555. §. Wo aber unsere. Hincque Zanger. *de except. part.* 2 *c.* 1. *n.* 28 hoc ita usu observari dicit, ut & in quibusdam Germaniæ civitatibus statuta, quibus civium liberi alibi per annum habitantes, civitatis jura amittant, extent, deq; statuto tali patriæ suæ Brunopolitanæ testatur.

L X. Quod autem tum de civibus originariis, tum de incolis diximus, moribus saltem nostris simpliciter emigratione desinere esse cives, nec civitati, à quâ emigrârunt, ad munera amplius teneri, tum maximè obtinet, si quis ea, quæ ad renunciationem more majorum vel ex statutis civitatum requiruntur, præstiterit. Gail. 2. *obs.* 36. *n.* 9. Hincque patet decisio quæstionis, an mutato domicilio quis teneatur etiam adhuc ad quasdam civitatis collectas? Ob Nachsteuren

zu ver-

zu versteuren / wann das Domicilium mutiret und Nachsteuer erleg[...] Wehn *observ. pract. in voc.* Nachsteur. simpliciter negat, etiamsi ve[...] lii, vel ille ipse emigrans quasdam collectas von Nachfristen exsolvisse[t], nec enim tum teneri in futurum: cùm actus nostri etiam volunt[arii] non obligent ultra, quàm geruntur. Distingui tamen ulterius pote[st]: quod si collecta illa vel ex novâ aliquâ Reipubl. necessitate post fa[ctam] emigrationem indicatur, nullo tenebitur civitatis munere, qui ci[vis] jam esse desiit. *l. 20. ff. ad munic. l. 1. C. de incol.* Idque indubium, [si] emigratio absolutè licita absque omni onere detractionis, aut preti[um] emigrationis jam exsolutum sit. Pretio autem illo nondum exsol[uto], aut emigranti jam fides de pretio sive expressè sive tacitè, (*quod q[uo]modo fiat vid. apud* Card. Tusc. *lit. V. conclus. 67. & 68.*) legitime [ta]men habita, cumque ea idem operetur, quod vera solutio, Card. T[usc.] *lit. F. concl. 324.* idem quoque dicendum: aut non fuit fides hab[ita], cumque pretii exsolutio, ut qualitas quædam necessaria ad emigra[tio]nis actum requiratur, juris ratio exigit, ut eo etiam adsit tempore, [quo] actus geritur, *arg. l. 49. §. 1. ff. de hered. instit.* Harpr. *ad §. 1. Inst. de [sub]stit. n. 37.* adeoque ob defectum pretii, quòd unà cum reali mutati[o]ne domicilii à muneribus demum immunitatem præbet, nulla erit immu[ni]tas, cùm conditiones & qualitates simul positæ, conjunctim [re]quendæ. *§. 11. Inst. de hæred. instit.* Quod si ante migrationem co[lle]cta vel indicta sit, vel æs aliquod alienum contractum, necessitasve q[uæ]dam jam tum civitatis exstitit, ob quam indici deberet, sanè, nisi ex[pres]sè aliter actum, & cum pretium emigrationis exsolveretur, dict[um] sit, hoc velut pretio omnem collectam indictam & indicendam re[di]mi debere, ad eam tenebitur. *arg. l. 54. ff. ad munic.* sufficiet que, c[au]sam imponendi collectam eo tempore, quo ille adhuc civis erat, e[x]stitisse. *arg. l. 66. ff. pro soc.* Bocer. *de collect. c. 11. n. 15. & c. 13. n. 8.* Hincque ex Bart. *in l. incola n. 4. ff. ad munic concludit* Gail. *de arrest. c. 9. num. 21.* quod ob tales collectas prius exsolvendas, migraturi persona vel bona apprehendi & impediri possint.

L X I. Contraria juri emigrationis est conditio hominum glebæ addictorum, itemque propriorum. Manz. *decis. Palatin. Neob. quæst. 18. n. 23.* Conditio autem adscriptitiorum diversa pro diversi-

tate tum temporis tum subjectorum fuit, unde & diversum inter eos jus obtinuit. Aut enim certa quædam terræ adscripta mancipia fuêre, qui coloni omninò servi sunt, *l.2 C. Theodos. sin. cens. & reliq.* nihilque nisi peculium habent, unaque cum terris à Domino possideri censentur. *l.18. l.21. C de agricol & censit.* Coll. Argent *de stat. hom. th.14.* Aut non sunt servi; sed homines liberi glebæ adscripti, quôd pacto vel expresso vel tacito, puta lapsu XXX. annorum ei se addixerint. *arg. l.8. C. de agricol. & censit.* illique vel propriis suis prædiis adscripti, qui non liberi tantum, sed & fundorum Domini sunt. *arg. l.20 C. de agric. & censit.* & hi demum propriorum possessores, suis quidem in locis & fundis proprio nomine censualibus libris conscripti detinentur, propriæ mediocritati committuntur, functionesque annonarias sub solito exactore ipsi agnoscunt. *l.4. C. de agric. & censit.* qui propriè censiti dicuntur. vel terræ aliorum addicti, qui licet propius ad servos accedere videantur, ita ut nec ipsi, nec eorum liberi Domino invito ab eâ unquam discedere queant, & fugitivi non tantùm tanquam servi remedio tum possessorio. *l.14 C. de agric.* vid. latè Menoch. *remed. recup. possess. 10. tot.* tum petitorio. *l 23. C. eod.* sed & â magistratu quopiam in civitatem recepti cum omni sobole & peculio repetantur, *arg. l. un. C. de colon. Thracensib. d. l. 23. §. 2.* actione præjudiciali utili, tum contra ipsum fugitivum hanc conditionem Domino negantem, tum contra ipsum magistratum hoc nomine comparatâ. Zas. *in §. præjudiciales. Inst. de act n.17. & seqq.* quod responso Facultatis Juliæ ostendit Dn. Hahn. *ad Wes. ff. de stat hom. in fin.* & latius *ad tit. ff. de liberal. caus. pag. m.* 478. atque pro rebus immobilibus sicut ipsa terra habeantur, adeoque nec nisi cum terrâ alienari possint. *l.2. l.7. l.21. C de agric.* Dominusque non tantum matrimonium eorum cum liberâ impedire & prohibere. *l. fin. C. eod.* sed & sive per se, sive per Præsidem Provinciæ moderatè castigare. *d. l fin.* adeoque citra periculum *l. un. C. de priv. carcerib.* in vincula conjicere possit. *arg. l.1. C. de emendat. servor.* Dn. Hahn. *ad Wesenbec. ff. de stat. hom d. l.* Originario enim jure coloni illi tenentur, possessoresque eorum in eos & patroni sollicitudine, & Domini potestate utuntur. *l. un. C. de colon. Thraciens.* Conditione tamen ingenui, servi magis terræ & prædiorum, quam hominum sunt.

ſunt. *arg.l.un.C.de colon.Thrac.* Unde nec ſine terrâ alienari poſſun & ſervis etiam opponuntur. *Nov.* 123.*c.* 17. quippe ex contractu i conſtituti. *arg.l.22.C.de agricol.* quod veriſimile ſit, egentes homines quales id temporis multi ob crebras manumiſſiones fuêre, ut victu haberent, Dominis fundorum eâ lege operam addixiſſe, ut perpetuò pſi eorumque liberi coloni eſſent: quòd cùm ex uſu Reip. videretu ut tanto melius & plenius tributa fiſco inferrentur, conditio eoru hominum variis legibus conformata & comprobata fuit. Bachov. *Treutl.v.1.diſp.2.th.2.lit.D.* Colleg. Argent.*de ſtat.hom.th.*14 *& ſeq.* Et ſimile, quod datæ quadrare queat rationi, ego peregrinando Mar liis Genuam in damnatis ad triremes per tempus, jamque libera obſervavi, quorum quidam, ut victum haberent, viliſſimâ mercede, paulò æquioribus conditionibus ad operas eas verè ſerviles ſe addi raut, diſtinctionisque ergò dicebantur *ſciavi di buona voglia.*

LXII. Hominum propriorum, de quorum origine vide q ex Avent *lib.7.Annal.Bojor.* aliisque Hiſtoricis notat Klock.1. *Cos* 29.*n.*858 & Dn.Hahn.*ad Weſ.ff.de manumiſſ.* alia & melior adhuc. ti ex Zaſio refert Gail *de pignorat.c.*8.*n.*3. conditio eſt, quamvis nec la uniformis tamen. vid Dn.Hahn. ad *Weſ.ff.de manumiſſ.* Multa nim ex his, quæ præſtant Dominis non tam ſunt mancipii, quàm ſu jectionis Magiſtratui à ſubditis debitæ argumenta; prout ſervitior illorum ſolcher Frondienſte differentias adducit & explicat Dn. Ha *ad Weſ.ff de oper lib.n.*4. Et ſanè de his certi quidquam in univerſi conſtitui nequit, cùm omne pendeat potiſſimum ex obſervantiâ lo & ſingularibus pactis curiarum, quæ Dingnotul/oder Dingrotul/ qu rotulum pacti ſeu conventionis des Gedings cum proprio homine itæ appellant. Colleg Argentor,*tit.de ſtat hom.th.*18.*in fin.* Unde & homines proprii die leibeigene Leute qui aliàs & dicuntur Dings Leute/ alii præ aliis, pro locorum pactorumve diverſitate, vel meliore vel deteriore loco habentur. Wehn.*obſ.pract.in voce* Leibeigen.*p.*473.

LXIII. In eo homines & adſcriptitii & proprii quàm maximè conveniunt, idque in hâc materiâ emigrandi nobis potiſſimum in conſiderationem veniet, quòd à Dominis fugere, & niſi manumiſſi aliarum civitatum municipiis jungi nequeant. Magnif.Dn.Mæv. vom

Zustand und Abfolg der Bauersleute *quæst.1.n.33.& seqq.* Coll. Argent. *de stat.hom.th.*18. Besold *thesaur. pract. voce* Bürger. Zahn. *de jur.& jurisd.munic.c.*14 *n.*12. (*ubi addit, advenas non recipi plerumq; in civitatem, nisi à Magistratu suo, sub quo hactenus vixerunt, literas adferant testimoniales,* daß sie recht und frey gebohren/und niemand Leibeigen seyn.) sed quòd à Dominis repeti, Wehn *obs.pract voc.* Leibeigen. & fugitivi quidem, si necdum ab aliis possideantur, propriâ autoritate apprehendi. *arg.l.3.& ll.seqq.ff.de fugitiv.* Gail *de arrest c.*8 *n.*17. cæteri autem judiciis possessoriis vindicari possint. Coll. Argent. *d.t.th.*18 quodque ipsi quoque sine causâ fugientes à Præside Provinciæ, seu cui merum imperium competat, ex officio sæpè castigentur, cumque notis publicis & stigmate, mit Brandzeichen/dimittantur, ùt aliis exemplo sint & terrori. *arg.l.3.C.de serv fugit.* probat Gail. *de arrest.c.8.n.*18. Cùm enim receptatores malitiosi servorum fugitivorum puniantur. *l.1.§.2.in ff.de fugitiv.l.4.C de serv fugit.* inque Imperio nostro receptatores hominum, qui aliis sint proprii, teneantur sæpè pœnâ violatæ pacis publicæ. Ord.Camer.*p.2.tit.*14. Const.Crim.*art.*128. Gail.*d.l.n.*15. quidni & ipsi, qui conditionem suam dolosè effugere, suique furtum facere attentant, *l.1.C.de serv.fugit.l.23.C.de agricol.* puniantur?

LXIV. Non autem datur Domino repetitio suorum hominum, si (1) propter nimiam vel sævitiam vel exactionem aufugiant: ut si Dominus inops vel censu prodigus eos iniquè & flagitiosè excoriet, & assiduis operis excruciet, mit übermässigen und ungemässnen Frohnden, ita, ut non suppetat eis tempus, se suosque alendi, *contra l.22.§.ult. & l.50.§.1.ff.de oper.libert. arg.c.literas.13.in fin.de restit.spoliat.* Nam & indefinita & indeterminata servitia non in infinitum extendenda, sed ad arbitrium boni viri. *ex l.16.§.1.l.17.& seqq ff.de oper.libert.* ut consueta, solita, necessaria, & possibilia, absonderlich/wie es von Alters herkommen/reducenda sint. Wehn.*obs.pract. voce* Dingsleute. quamvis rectius agant, si debitè apud Superiorem conquerantur. *argum.l.1.C.in quib.caus.colon.cens.l.23.§.1.vers careant.C.de agric.& censit.c 7.de cens. exact.c.quia cognovimus.6.caus.10.q.3.* quod quomodo fiat vid.Gail. *1.obs.17.n.1.& de arrest c.8.* Frid.Mind.*de mandat.l.2.c.45.n.4.*& novissimè Roding.*in pandect.Camer.l.1.tit.12.n.23.* (2) Si Dominus declaratus

claratus sit in bannum. Gail. *de arrest. c. 8. n.* 16. (3) Si ob loci sterilitatē, sive naturalem, sive ex casu a[illegible] adventitiam necessaria ibi alimenta habere nequeant, aut si locus ita arenosus, ut nullâ culturâ fructuosus fieri queat. Gail. *d. l. ex Luc. de Pennâ in l. si coloni. C. de agr. & censi.* (4) Si à Dominis manumissi sint certo quidem pretio: possunt etiam eorum liberalitate manumitti. Coll. Arg. *de stat. hom. th.* 18. Sunt & aliæ quædam ab aliis Dd. suppeditatæ exceptiones, quæ tamen pro diversitate locorum diversæ, nec omnes ita universales, quas solidissimè pertractát Magnif. Dn. Mæv. *d. tr.* vom Abfolg der Bauers Leute *quæst.* 3.

L X V. An autem & liberi propriorum hominum æquè ac parentes emigrare prohibeantur, quæritur? Si liberi, antequam se parentes Dominis proprios addixerint, ehe sie sich Leibeigen gemacht/ jam nati fuêre, libertati eorum præjudicari per parentes nequit, *arg. l.* 1. *C. de patrib. qui fil. suos distrax. arg. l.* 22. *C. de probat. arg. l.* 3. *C. de infant. expos.* nisi fortè in casu extremæ necessitatis famisque evitandæ gratiâ parentes liberos ita Dominis addixerint: qui tamen dein rursus redimere æquis conditionibus hanc libertatem possunt. *arg. l.* 3. *C. de patr. qui filios.* vid. Dn. Hahn. *ad Wes. ff de his, qui sunt sui vel alien.* Quod si liberi à propriis jam hominibus nati sint, conditionem parentum sequuntur adscriptitiam, eidem fortunæ suppositi, etiamsi in aliâ terrâ prognati. *l.* 23. *C. de agricol. & censit.* vid. latè Magnif. Dn. Mæv. *d. tr.* von Abfoderung der Bauers Leute. *quæst.* 2. *num.* 66. *& seqq.*

L X V I. Quid si parentes disparis vel sint conditionis, vel diversis subditi Dominis, cujus conditionem, ut liberè vel emigrare possint, vel jure prohibeantur, sequantur, quæritur? Resp. Regulariter matris: ita tamen, ut Dominus hominis proprii, der Leibs Herr/ impedire possit, ne cum liberâ se suus homo conjungat. *l. ult. C. de agric. & censit.* Licet & hoc locorum moribus variet, cùm quibusdam in locis filiæ tantùm matrem, filii autem patrem sequantur, ut notat Coll. Argent. *tit. de stat. hom. th.* 18. In plerisque locis Comitatus Sylvestris & Rheni, quin & Electoratus & Principatuum Palatinorum ita obtinere observavi, ut si libera proprio nubat, aut liber propriam ducat, inque loco conditione adscriptitiâ affecto scienter domicilium etiam ad tempus quoque ponat, libera quoque persona cum omnibus liberis nascendis conditionem mutet.

Licet

LXVII. Licet autem ob hæc aliave onera Zasius 2 *sing. respons.7.n.8.* proprios homines servos anonymos, eorumque conditionem *vol.2 cons.19.n.3.* servitutem anomalam indigitet: reverâ tamen servi non sunt, cùm propria bona, non peculium possideant, suos habeant lares, sibi negotientur & acquirant, Dominos ipsos etiam sibi obligent, militare, in judico staro, testimonium ferre, judicandi munere fungi, hæredes ab intestato & testamento habere queant. vid. Coll. Argent *de stat. hom. th.27.* quorum naturam & jura plenè pertractare nobis jam nec licet, nec lubet. Cui volupe est ea pernosse, evolvat Magnif. Dn. Mæv. *ad jus Lubec. lib.2. tit.3 art.3.* & sæpè laudato *Tract.* vom Abfolg der Bauers-Leute. Stamm. *tract. de servit. personalib.* Husan. *de hominib. propr.*

Sicque demum & mihi à latifundiis hisce juris emigrandi *exisse* verius, quàm cœptis ubique ex lege sat defuncto muneribus *emigrare* datum. Quod si alicubi in viâ inprimis nondum sat tritâ festinare coactum, lapsum me esse contigerit, dabit id æquus Censor humanitati, quam ignorantia & error quam proximè attingunt.

Πάμπολυ δ' ἀμώμῳ ἄλις.

Mihi satis ego puto, ut cum Jul. Cæs. Scalig. Epist.21. concludam, *plurima nescire, paucula nosse, nulli æmulari, omnium autem admiratorem esse.*

OMissa & Errata hæc, quæ fugienti oculo occurrebant, Benevolus Lector ita addat & corrigat: Pag.6. th.7. lin 9 alleganda *l. ff. de hom. lib. exhib.* p 13 in fin. th.15. lin. antepen. post verbum *habuerint* adde *exercitium.* p. 15. in th.18 lin.16. pro *statum* lege *statutum.* ibid. in lin. antepen. pro Kaiserl. *Constit.* legendum, R. A. zu Speyer *de an* 1524 *§.* Und dieweil. p 20 lin. 3. pro *ff de municip.* leg. *ff. de munerib.* p 30 th 34. pro *C de his qui sunt publ.* lege, *C. de his qui spont. publ.* p. 35 th 42 lin 7. pro *signicatione* lege *significatione.* p.40 lin.1. ad verbum *destinasse* addendum *censeatur.* Cætera quæ inadvertenti remanserunt, Ipsius non effugient prudentiam.

DEO Ter Opt. Max. Laus & Gloria sit in omnem æternitatem,

